

196 CONST. ac DECIS.

- decis. 785. lib. 3. par. 3. divers. à Centuris verò latiss. extra Curiam ; Rota indifferenter , & abique causa cognitione dat absolutionem , ad effectum Audientia , juxta notoriorum stylum Tribunalis . Rota in Parvum Parochialis coram Sacroto , decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 236. à num. 12. usq. ad 15.
1620. 21. Jul. —— Porf Episcops cogere Canonicos , & Confessarios sub pena pecuniaria ad Congregationem Cauim Conscientie . Congregat. Concil. apud Barbol. de Canon. & Dignitat. cap. 27. num. 28. & iterum in Concil. sess. 5. de reform. cap. 1. num. 7. & referritiam Monacel. in Formular. leg. præf. par. 2. tit. 16. form. 10. num. 6.
1620. 14. Jul. —— Quando Excommunicatus vitandus non abstinet à conversatione , proceditur ad aggravationem Centuriarum . Congregat. Episcop. in Mediolan. apud Nicol. in Floscul. verb. Excommunicatione , num. 20.
1620. 11. Aug. —— Sacerdos , si non audit Confessiones , cogi non debet ad Congregationem Cauim . Congregat. Episcop. in Mexicana , apud eund. ibid. verb. Sacerdos , num. 7.
1620. 1. Oct. —— Confessariorum Regularium operari uti non possint Ordinarii , etiam pro Confessariis extraordinariis , nisi in cau necessitatibus . Congregat. Episcop. & Regular. apud Barbol. in Sum. Apoliticar. Decis. verb. Confessarius , num. 17. ex Sell. in select. Canon. cap. 14. num. 30.
1620. 22. Dec. —— Pro Anima commendatione licet Confessario Monasterium ingredi cum Cocta , & Stola , & non aliter . Congregat. Episcop. in Lucen. apud Nicol. in Floscul. verb. Claniura , num. 34. nec non in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 9. pag. mihi 80. ¶ Hoc Decretum videtur derogare alteri ab ipsi Congregatione emanato 1583. 13. Sept. apud Gavant. in Manuali , verb. Clautura Monastrium , p. 43. ¶ refert etiam Barboia in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. i o num. 23. ex Aldan. in Compend. Canon. refert. tit. 5. num. 19. lib. 1.

658

660

661

662

1620.

Pro CONFESSARIIS.

1620. 22. Dec. —— Si Ordinarius concedat ipsi Pœnitenti licentiam Cauim reservatorum in Scriptis , non apponat ibi Nomen , sed scribat , Lator praestument , mandetque Confessario , ut illicè post datam Absolutionem laceret schedulam , vel comburat . Congregat. Episcop. in Interamnen. apud Nicol. in Floscul. verb. Catus reservati , num. 15.

663

1621. 26. Jun. —— Si cura Animarum incumbat Capitulo Cathedralis , atque à Canonicis per turnum exercetur , qui hujusmodi Canonicatum suscipit , tenetur Congregationibus Cauim Conscientiae interesse ad instar aliorū Curam Animarum habentium : hujusmodi autem Canonici non examinantr ad Curam , cùm admittuntur ad Canoniciatus , sed cùm datur eis facultas audiendi Confessiones . Congregat. Concil. apud eund. ibid. verb. Cura Animarum , num. 1.

664

1621. 16. Nov. —— Non sunt prohibendi Regulares , ne Confessiones audiant sub prætextu , quod originem duxerint ab Hebreis . Congregat. Episcop. in Elboven. apud Nicol. in Floscul. verb. Hebraus , numer. 1.

665

1621. 10. Dec. —— Non est in foro Conscientiae verus Professus , & Religiosus , qui ob vim , metum , vel aliquod simile Professionem emisit , si illam non ratificavit : & solum in foro externo præsumunt Religiosus . Rota in Ulixbenan. Professionis coram Merlino , apud Barbol. in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 19. num. 14. ubi plures DD. citantur ad rem.

666

1622. 5. Febr. —— Tam Regulares , quam Seculares quomodolibet exempti , five Animarum Curam Personarum Sæcularium , Monasterii , seu Dominibus Regularibus , aut quibusvis aliis Ecclesiis , vel Beneficiis , five Regularibus , five Secularibus incumbentem exerceant ; five alijs Ecclesiastica Sacra menta , aut unum ex illis ministrant ; prævia Episcopi licentia , & approbatione , five quoquo modo in dicta Curia exerceant , aut in eorundem Sa-

667

N 3 gra-

eramentorum, vel alicuius ex illis administratione, de facto absqueulla auctoritate se ingerant, in his, quæ eumodi Curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tñquam Sedis Apostolice Delegati, plenè in omnibus subjiciantur. *Gregorius XV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Confis. 18. quæ incipit Inscrutabili. §. 4.* *¶ referunt etiam Barboia de post. Episc. in fine 2. tom. pag. 35. Gavant. in fine Opere. Confis. 3. Alcan. Tamburin. de Jus. Abbat. dñsnt. 15. quæfis 7 num. 51. tom. 1. Poyrin. de Privileg. Regular. tom. 2. Confis. 2. eisd. Pontific. pag. 258. & Matthaeuc. in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 15. nu. 4. ¶ Notandum, quod in vim hujus Constitutionis non licet Episcopis visitare Altaria Ecclesiastarum Regularium, quibus non incumbit Animarum Cura Personarum Regularium, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis assertatur Sanctissimum Eucharistie Sacramentum, vel ubi Confessiones Personarum regularium audiuntur: Nec possunt Episcopi Regularibus praescribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum Personarum Confessiones audiant, vel alias illorum Privilicia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari: Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competit, illa non fuit ab hac Constitutione sublata: Facultas tamon Episcopis per hanc Constitutionem attributa in exemptione tam Seculares, quam Regulares, non intelligitur eis tributa in Personas nullius Diœcesis: Eadem denique facultas non competit inferioribus Prelatis, proprium Territorium, ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, ut declaravit Congregat. Concil. ad 1. 2. 3. & 4. anno 1623. apud Cherubin. Barbo. Gavant. ibid.*

1622. 5. Febr. — Confessores, sive Regulares, sive Seculares, quomodocunque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii, ad Confessiones Monialium, etiam Regularibus subjectissimis, audiens

diendas nullatenus deputari valent, nisi prius ab Episcopo Diœcisi idonei deputentur, & probationem, quæ gratis concedatur, obtineant: Liceat quoque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores amovant, sique Superioribus id facere detestantibus, aut negligenteribus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores amovendi, quocies, & quando opus esse judicaverit. *Gregorius XV. apud eisd. ibidem.* ¶ Notandum primò, quod neque Regularium Superioribus ab Episcopo non approbati possunt Monialium sibi subditarum Confessiones audire, ut declaravit Congregat. Concil. 1623. ad 7. apud Cherubin. Barbo. Gavant. Superioris citato. ¶ Notandum secundò, quod neque Generalis non approbatus ab Ordinario, ex declaratione ejusdem Congregationes 1627. 13. Novembris, apud Alcan. Tamburin. de Jus. Abbatissar. dñsnt. 16. quæfis 9. num. 1. & referunt etiam Barbo. in Concil. eff. 25. de Regul. & Monial. cap. 10. num. 17. Gavant. in Mansali. verb. Monialium cura spiritualis, in additione, ac Moniacel. in Formular. leg. præf. par. 2. tit. 15. form. 15. nu. 7. pag. mibi 259. nec non Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 4. træd. 13. quæf. 10. numer. 1. ¶ Notandum tertio, quod causa amotionis prædictarum non est ab Episcopo significanda Superioribus, ut declaravit Congregat. Concil. 1623. ad 13. apud dd. Cherubin. Barbo. Gavant. loc. citato.

1622. 8. Iul. — Excommunicationis poenam incurvant erigentes plures Domus Congregationis Oratiori S. Philippi Neri, cùm tantum unica in quoque loco sit erigenda. *Gregorius XV. in Confis. quæ incipit Ex injuncto, apud Monacel. in Formular. leg. præf. part. 2. tit. 13. form. 2. num. 49. pag. mibi 83.*

1622. 30. Aug. — Omnes, & singuli Sacerdotes, tam Seculares, quam quoruinus, etiam quomodo libet exemptorum, ac Sedi Apostolice immediatè subjectorum Ordinum, Institutorum, So-

200 CONST. ac DECIS.

cictatum , & Congregationum Regulares , qui
personas , quæcunque illa sint , ad infonesta , sive
inter se , sive cum aliis quomodolibet perpetranda
in actu Sacramentalis Confessionis , sive ante , vel
post immediatè , seu occasione , vel pretextu Confes-
sionis hujusmodi , etiam ipsa Confessione non fec-
ta , sive extra occasionem Confessionis in Con-
fessorio , aut in loco quoconque ubi Confessio-
nes Sacramentales audiuntur , seu ad Confessionem
audientiam electo , simulantes ibidem Confessiones
audire , sollicitare , vel provocare tentaverint , aut
cum eis illicitos , & in honestos sermones , sive
traficiantur , in Officio sancte Inquisitio-
nis severissime puniantur . Gregorius XV. apud Chie-
rubin. in Ballar. Rom. tom. 3. Confis. 34. que incipit
Universi , §. 4. & referunt etiam Peyrin. de Privileg.
Regular. rom. 2. Confis. 4. ejusd. Pontific. pag. 261. Al-
can. Tainburin. de Jvr. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsto-
ri. num. 53. ac Gavant. in fine Operis , Confis. 7. nec
non Felix Potest. in Exam. Confessar. tom. 2. par. 3. cap.
1. num. 43. pag. mibi 570. ¶ Hic tamen est confirma-
tio Constitutionis antea editæ a Pio IV. 1561.
16. Apr. apud Chiehubin. tom. 2. Confis. 31. que-
incipit Cum sicut . ¶ Norandum , quod sub sollicita-
tione veniunt etiam Pueri , ut explicando Constitu-
tionem Pii IV. superius citatam , declaravit Paulus V. 1612. 29. Nov. aqua Fidei in addit. ad Cunha,
quæ. num. 26. & Scor. in Select. Ball. Theor. 193. ut
habet Peyrin. ibid. pag. 264. in annotar. §. 5. num. 14.

1622. 30. Aug.—Omnes heretice pravitatis Inqui-
sidores , & locorum Ordinarii universi Orbis Christi-
ianæ , in suis quicunque Diocesisibus , & Territori-
is etiam privative quoad omnes alios , specialiter ,
ac perpetuò Judices delegantur , ut super ma-
teria sollicitationis in Confessionibus contra su-
pradicatos simul , vel separatum in omnibus , prout
in causa Fidei , iuxta Sacrorum Canonum formam
nec non Officii Inquisitionis hujusmodi Constitu-
tiones , Privilegia , Coniunctitudines , & Decreta
dili-

671

Pro CONFESSARIIS. 201
diligenter inquirant , & procedant , & quos in-
aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabilis
repererint , in eos pro crimini qualitate , & circum-
stantia , suspidentes ab executione Ordinis , pri-
vatio nis Beneficiorum , Dignitatum , & officio-
rum quorumcunque , ac perpetua inhabilitatis ad
illa , nec non vocis activa , & passiva , si Regu-
lares fuerint , exilio , damnationis ad tirumes , &
carceres etiam in perpetuum , absque ulla ipsa gra-
tia , aliquæ poenas decernant ; eos quoque , si
pro delicto nonmitate graviores poenas meruerint ;
debita precedente degradacione , Curia Sæculari
puniendos tradant . Gregorius XV. apud coll. ibid.
dis. 4.

1622. 30. Aug.—Ne delictum tam enorme , & Ec-
clesie Dei tam perniciosum sollicitandi in Con-
fessionibus remaneat ab probationum delictum im-
putatum , cum difficultate probationis , testibus
etiam singularibus concurrentibus , presumptio-
nibus , indicis , & alius administris , datur facul-
tas S.R.E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus ,
delictum probatum esse arbitrio suo judicandi , &
Curia seculari (ut prefetur) Reum tradendum .
et esse pronunciandi . Gregorius XV. apud coll. ibid. 5. 5.

¶ Notandum , quod Confessarius ex unus tan-
tum Mulieris affectione non est constitundus , nec
captandus sine licentia Sacre Congregat. Inquisit.
1627. 17. Jul. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom.
3. cap. 11. n. 4. pag. mibi 368. & referunt etiam Bar-
bola in Sum. Apofolie. Deiſ. verb. Confessarius , nu-
16. ac. Paicce. in Compend. ad Confis. Canon. Iac.
Pignat. par. 2. iii. de S. Officio Inquisitionis , pag.
134. nec non Donat. in Prax. Rer. Regul. tom. 4. Jr. 13.
quæ. 54.

1622. 30. Aug.—Omnes Confessarii suos Peniten-
tes , quos noverint fuisse ab aliis sollicitatos , mo-
neant de obligatione denunciandi sollicitantes , seu
trahentes , Inquisitoribus , seu locorum Ordina-
riis : quod si hoc officium prætermiserint , vel
Poeni-

672

673

202 CONSTIT. ac DECIS.

Poenitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, iidem locorum Ordinarii, & Inquisidores illos pro modo culpa punire non negligant. *Gregorius XV. apud eisd. ibid. §. 7.* ¶ Hae Constitutio quoad totum semel in mensie Augusto legenda est: Regularibus, prout iussit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Cap. 19.* que incipit Sanctissimum. ¶ Præterim, verò quoad hanc partem legenda est, & intimanda omnibus tam Regularibus, quam Sacerdotibus Confessariis in ipso Approbationis actu ad Confessiones audiendas, ut decrevit *Congregat. Inquis. de mandato prefatis Urbanis 1626. 3. Off. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 2. circa dict. Constat. §. 9, n. 34.* pag. mibi 266.

1622. 2. Sept. — Qui ingreditur intus Ecclesiæ, seu Erèmos Camaldulensem Montis Corona in Regno Neapolis cum armis cuijulvis generis in diebus festivis, in quibus illuc Mulieres etiam ingredi possunt, incurrit pena Excommunicationis latæ sententiae. *Gregorius XV. in Brevi, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de fœt. excommunic. n. 202. in fine, pag. mibi 220.*

1622. 30. Sept. — Non prohibetur Episcopus, vel alias Superior affigere Cedulones, & punire Excommunicatum, licet fuerit in foro Conscientia absolutus, vel cum Brevi Sacrae Poenitentiariz, vel cum Bulla Cruciate, aut Jubilai, vel in vim exp. liceat, *seff. 24. Concil. Trident. vel alio quounque modo: Ita enim duo Fori sunt separati, & actuun in uno afferit præjudicium in alio: Potest tamen Judge Ecclesiasticus abolitionem in foro Conscientia datam, etiam pro foro exteriori ratam habere, nisi hoc redundet in præjudicium partis. Congregat. Episcop. in Miletan. & area in Compasana 1619. 14. Jun. ac etiam in Oppiden. 1621. 8. Jun. apud Païucc. in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 148.*

Pro CONFESSARIIS. 203

1622. 5. Nov. — Canonicatus Poenitentiarii in singulis Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis Hispanie in Concurlo ad instar Doctoralium, & Magistralium providendus. *Gregorius XV. in Constitut. qua inscrip. Suprema, apud Barbol. de potest. Episcop. in fine 2. tom. pag. mibi 70.*

1622. 12. Mar. — Potest. Præbenda Poenitentiariz resignari ad favorem illius, qui non est Doctor, neque Licentiatu, sed Attestationibus Ordinarii, Capituli, & Academia alterius doctus, & habili, quia insufficienter constat de idoneitate ad effectum, ut Papa provideat. *Congregat. Concil. in Elboren. Poenitentiaria, apud Corrad. in Prax. benef. lib. 2. cap. 4. n. 121.*

1623. 20. Mar. — Officium Poenitentiarii non est conferendum illi, qui licet sit Doctor, est tamen valde ignarus, ac proinde habendus est, ac si non esset Doctor, & ideo de alio providendum. *Congregat. Concil. in reponfione ad Cardinalem Bellarum Archiepiscopum Capuanum, ut refert Corrad. ibid. num. 120. ubi nam pree. dixerat ex Felin. in cap. si quando, p. 7. de rescript. quod Ecclesia indiget Viris literatis, non Afinis ferratis.*

1623. 9. Sept. — Clericus Ultramontanus ab ipso litteris dimissoriis sui Ordinarii ab Episcopo Italia ad Ordines promotus, non potest ab eodem Ordinario absolviri. *Decisum refert Barbola in Concil. seff. 23. cap. 8. num. 38. ex Sell. in selec. Canon. cap. 18. n. 31.*

1623. 19. Nov. — Licentia Regularibus concessa alloquendi Moniales sibi in primo, & secundo tantum Consanguinitatis gradi conjunctas, ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, obtenta, confugetur Confessario ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, itique afficiet, & praesens sit, & Aufultatrices de more. *Congregat. Episcop. apud Barbol. de potest Episcop. par. 3. allegat. 102. num. 73. & referunt etiam Mat. thaucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. nn. 7. ac Mona-*

676

677

678

679

680

Monacel, in Formular, leg. præf. par. 1. in fine pag. mibi 434.

1624. 30. Maij. — Nuncio Apostolico Coloniz conceditur facultas abiolendi vbi Hæres in utroque foro Congregat. Inquisit. apud Paicuc. in Compend. ad Consult. Canonice Inc. Pignat. par. 2. tit. de Nuncius Apostolicis, pag. mibi 128.

1624. 22. Iun. — Canonici quibus non incumbit ut Canonicis onus audiendi Confessiones, si pro his audiendis absint à Choro, non lucrantur Distributiones. Congregat. Concil. apud Barbos, in tract. de Canonice. & Dignitate, cap. 2. 4. v. 6.

1624. 31. Iul. — Excommunicatus nulliter, si petat Absolutionem ad cauthelam, tunc ferenda est absolutione ante omnem probationem, cap. foli. in fin. de excom. in 6. cap. venerabilibus, §. porro, eod. tit. in 6. Abb. in cap. cum contingat, n. 2. de Officio, deleg. Rota decisi. 9. de sent. excom. in artiq. Quæ quidem Absolutione ad cauthelam sit in dubio propter periculum communionis, vel laesioris justitie, ut in d. cap. foli. & d. cap. venerabilibus, §. porro, Rotam decisi. 9. num. 2. de sent. in iug. apud Rotam in Gerunden. Absolutionis excom. Coccino, dec. recent. par. 4. tom. 3. decisi. 564. num. 6. & 10.

1624. 31. Iul. — Dum Excommunicatus absolvitur ad cauthelam, hoc nihil interest parti: quod si allegetur Excommunicatio iusta, non est agendum de Absolutione ad cauthelam, sed Excommunicatus est absolvendus antequam audiatur, & aliter non debet audiari, & interim Excommunicatus potest facere suas probationes, ut habetur in cap. cum contingat: probata autem nullitate Excommunicationis, Excommunicatus non eger Abilutio, sed si petat ad cauthelam. Abilutio est illi concedenda. Rota in d. Gerunden. coram cod. libid. ann. 11. ad 15.

1624. 31. Iul. — Excommunicator est audiendus in quibdam casibus, antequam impetratur Abilutio ab Excommunicatione, quæ allegatur impu-
ta, ut

sta, ut si vellet probare Excommunicationem, fuisse latam propter offensam notoriæ, ad quod probandum datur tempus octo dierum; & si probatur manifesta, non debet absolviri, alijs fecus, cap. foli. vers. nisi. & cap. venerabilibus, §. porro res similes, de sent. excom. in 6. Abb. in cap. cum contingat, n. 2. in fin. vel etiam si Excommunicator dicat, super excommunicatione alicui remjudicaram, & iudex debet admittere articulos Excommunicantis, alijs datur appellatio, Rot. decisi. 5. except. in noviss. & idem videtur dicendum, si Excommunicator afferat, tententiam fuisse latam propter notoriæ contumaciam, d. cap. venerabilibus, §. porro, vers. idem est, de sent. excom. in 6. apud Rotam in d. Gerunden. coram cod. libid. a. n. 16. usq. ad 19.

1624. 31. Iul. — Quando Excommunicatus negat contumaciam, tunc abiolendus est ad cauthelam abique refectio expensarum: Si vero se contumacem confiteatur, vel alia de contumacia constet, tunc non debet absolviri, nisi prius refectis expensis, a prælitâ cautione de stando iudicio, ut not. Dec. in cap. prudentiam, §. si vero, n. 2. & 3. de officio. Quod si per contrarias assertiones ex probabilibus, & verisimilibus causis factis contumacia sit dubia, & incerta, non impenditur Absolutione, nec ante omnia arctandus est Excommunicatus ad satisfactionem expensarum, quia materia reducitur ad caput nullitatis, quod dictum est intelligendum, ut non impendatur Absolutio simpliciter, sed ad cauthelam, iuxta text. in cap. venerabilibus, §. porro, vers. idem est, de sent. excom. in 6. quem allegat, & ibi se fundat Bellam. decisi. 17. apud Rotam in d. Gerunden. coram cod. libid. a. n. 20. ad 23.

1624. 31. Jul. — Quando danda est Absolutio ab Excommunicatione requiritur citatio partis, cuius interest, secundum distinctionem text. in cap. venerabilibus, in principe. & in cap. foli. de sent. excom. lib. 6. & 8c.

6. & facit text. in cap. fin. de elect. in 6. quod tamen temperatur, nisi periculum sit in mora, vel nisi Summus Pontifex gratiam faciat, in d. cap. foler, num. 1. Ad hoc autem, ut quis absolvatur ad Excommunicatione, debet de ea constare, ut in terminis de Absolutione, quae petitur ad cauthelam, est Decisio quarta de sent. excom. in annis, quod etiam servatur, quando simpliciter petitur Absolutio, quidquid antiquioribus temporibus fuerit servatum, ut dicitur in d. Decis. 4. apud Rotam in d. Gerunden. coram cod. ibid. in numer. 24. ad 27.

1624. 31. Jul. — Si Excommunicationis nullitas allegetur ex defectu Jurisdictionis, non est de facilis danda Abiolutio ad cauthelam, nisi prius dictus defectus aliqua ex parte probetur, & hoc ne illudatur ordinariae jurisdictioni, ut poit Innoc. dixit Rota de sent. excom. in nov. Franc. in cap. foler, num. 10. vers. quando autem sententia est nulla, Gemin. pariter num. 19. Covar. in cap. alma mater, par. 1. §. 12. num. 7. vers. unde dicens: ubi quod requiritur saltem semiplena probatio: Quandiu vero allegantur aliae nullitates, non tenetur pars causa nullitatis exponere: oportet tamen illam in specie nominare, ut detur Abiolutio, quia nullitatis causa in universum est aliquo modo probanda, ut detur Abiolutio ad cauthelam, Franc. & Covar. loc. prae- c. apud Rotam in d. Gerunden. coram cod. ibid. a. n. 28. ad 30. ubi num. 31. & 32. dictum fuit, quod hoc procedunt de mero jure, & iervanda effent, si age- retur de Censuris latis in Curia, nam cum à Censuris lati extra Curiam Rota passim det Absolutionem (ut iuxta dictum est, 1620. 22. Jun.) hæc ad unguem iervanda minime fuit.

1624. 31. Jul. — Quando Excommunicatus absol- vitur ad cauthelam, de stylo Rota non recipitur juramentum, nec cautio præstatur, nec satisfa- ctio impenditur, Rot. deci. 36. de pro. in nov. Put. decisi. 3. de sent. excom. prout nec simpliciter pre- dicta

688

689

dicta requiruntur, quando datur Abiolutio cum reincidentia, quis propter reincidentiam non est necessaria cautio, Gemin. in cap. foler, ante num. 16. vers. & eß ratio secundum eum, de sent. excom. in 6. non refert, an hujusmodi Abiolutio fiat per verbum relaxationis, quod est commune, & adap- tatur ad ius, & ad factum, sive per verbum Abiolutionis, ex quo dictis verbis additur aliud verbum ad cauthelam, cum idem sit sensus, cap. ve- nerabilium, §. per. & ult. de sent. excom. in 6. Jo: Andr. in d. cap. foler, num. 11. in fin. & num. 12. Fran- ch. num. 12. apud Rotam in d. Gerunden. coram cod. ibid. a. n. 36. ad 38.

1624. 31. Jul. — An adsit sufficiens facultas abolvendi in Rota, difficultas pendet ex eo, quia in commissione dicitur, cum facultate abolvendi à Cen- suris, & propter ea ista facultas non venit in commissione, cum extraordinaria sit, & inducta ex quadam gratia Sedis Apostolice ut in cap. per tuas, de sent. excommunic. ideoque non est cunctaque Judicii permittenda, nisi sit à Jure in specie permissa, vel ex speciali scripto concessa, Glossi. in cap. capitulo, in verb. relaxatis, in fin. & re scripti Glossi. in cap. foler, in verb. per Superiorum, de sent. excom. in 6. Jo: Andr. ibid. num. 8. Gemin. nu. 15. col. 3. ante fin. vers. glossi. in verb. superiorum, Franch. num. 13. nihilominus cum Summus Pontifex concederit fa- cultatem abolvendi, non autem simpliciter causam commiserit super eo, an illicet Excommunicatio valeat, vel non, hoc casu Judex potest abolvire ad cauthelam, cum ita sit species Abiolutionis, ac Abiolutio simplex: ergo concessa facultate abolvendi, sub illo genere ceteretur comprehensa facultas abolvendi ad cauthelam, Suarez de Cen- sur. discept. 7. scđt. 8. in 3. divis. num. 14. Ugolin. de Cen- sur. tab. 1. cap. 22. num. 21. Coeterum prædicta procedunt in Absolutione in foro Conscientiaz, nec habent locum quando agitur de prejudicio tertii, quia in tertii prejudicium sine speciali facultate nec in

690

208 CONSTIT. ac DECIS.

nec in foro Conscientie, nisi satisfacta parte, protestari Ab solutio, Navar. in Man. cap. 27. n. 278. vers. quarto dico, ubi allegat Gloss. in cap. capitulum, in verb. relaxetis, de refer. apud Rotam in d. Gerunden. coram eod. ibid. n. 39. ad 45.

1624. 31. Jul. — Gloss. in cap. capitulum, in verb. relaxetis, de re script, explicata ab Ugo lino de Censor, tab. I. cap. 22. num. 21. non loquitur de facultate concessa abolendi, sed de Absolutione simpliciter tributa, quod bene procedit, cum absolutus simpliciter, non censetur abolitus ad cauthelam, quia hac Absolutio non pure tribuitur, sed sub conditione condonatur: sed de hac interpretatione Gloss. potest dubitari: quod enim loquatur de facultate concessa abolendi, dicunt Abib. ibid. num. 8. vers. in gloss. fin. Dec. num. 22. & text. in cat. veniens 38. in fin. de refib. expresse loquitur de facultate tributa abolendi ad cauthelam: attamen aut Ab solutio est commissa in partibus, & Index ad cauthelam potest absolvere: aut in Curia, etiam Auditori Rota, & non potest absolvere sine speciali commissione, propter faciem adiutum ad Summum Pontificem. Rota in d. Gerunden. coram eod. ibid. a num. 46. ad 50. ex aliis ejusd. Rota Decis.

1624. 31. Jul. — Rota Auditores in cognoscendo habent ordinariam jurisdictionem, in pronunciando vero delegatum, Rot. decisi. 16. ante fin. vers. Auditores Sacri Palatii, de re jud. in nov. Clem. Auditor, de re script. Ergo Auditores Rota possunt ad cauthelam absolvere, prout possunt Judices ordinarii: & hinc Sacra Congregatio Concilii censuit, Decreto Tridentini sess. 25. cap. 3. de reform. de monit. ad effectum revel. relaxan. non comprehenderem Rota Auditores, ex quo, in procedendo habent jurisdictionem ordinariam. Rota in d. Gerunden. coram eod. ibid. a num. 52. ad 54. ubi num. 69. dictum fuit, quod facultas abolendi ad cauthelam venit sub clavulis amplissimum, que ponuntur in primis

291

Pro CONFESSARIIS.

primis commissionibus Rotalibus, cum dicta facultas sit de connexis negotio principali, ut voluit Ab. in cap. ad presentiam, n. 8. ubi etiam Dec. in id. 8. de appell.

1624. 9. Aug. — Fratres Discalceati Ordinis Ss. Trinitatis, ad alium quemcunque Ordinem sine licentia Romani Pontificis transientes, nec non Prelati aliorum Ordinum sic translatoe retinentes, Excommunicationis latæ sententia peccatum incurunt Urbanus VIII. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 3. Confir. II. que incipi Commissi, §. 2. & 3. pag. mibi 389.

1624. 27. Sept. — Si Mulier consentiat Confessario sollicitanti, adhuc tamen tenetur denunciare: Non tenetur tamen proprium consentium manifestare, nec potest super hoc ab Episcopo, vel Inquisitore interrogari: & in casu, quo Parentes, qui confessi, vellet consentium manifestare, non debet scribi in actis, tanquam res non spectans ad Sanctum Inquisitionis Tribunal: Quia omnibus debent à Confessario personis sollicitati manifestari, ad eas inducendas ad manifestandos sollicitantes: Quod si adhuc sollicitati noluerint dictos sollicitantes manifestare, poterunt Episcopi, vel Inquistores dare auctoritatem Confessario recipiendi in scriptis cum juramento denunciationem personæ sollicitant, qua consenserit, quam statim confessarius tenetur defatre Inquisitori, vel Episcopo. Congregat. Inquisit. apud Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 2. circa Confir. 4. Gregorii XV. §. 3. num. 12. pag. mibi 264. & referunt etiam Alcan. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disput. 16. quistio 4. n. 15. ac Pa. cucc. in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignateli. par. 2. tit. de S. Officio Inquisitionis, pag. mibi 132.

1625. 13. Febr. — Extrahentes ex Bibliotheca Germanensi Ordinis Minorum Libros, Quinterna; Folia, five manuscripta, five impresa; vel ut extrahantur, permittentes, Excommunicationis peccatum incurunt, Urbanus VIII. in Bullar. Rom.

693

694

695

tom. 5.

210 CONST. ac DECIS.

tom. 5. Confess. 44, qua incipit Conservationi,
§. 1.

1625. 24. Apr. — Examinatores per Priorem Generalem Ordinis Eremitarum S. Augustini in Capitulo Generali deputati in Hispania, & Indiis, Excommunicationis poenam ipso facto incurruunt, si aliquem dicti Ordinis, & Provinciarum Religiosum, doctrinā, & meritis sufficiens ad gradus Doctoratus, seu Magisterii in Sacra Theologia sufficiendos non prædictum approbant, vel admittunt. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in d. Bullar. Rom. tom. 4. Confess. 42, qua incipit Romanus, §. 3.*

1625. 13. Jun. — Regulares quibusvis Privilegiis sufficiunt non possunt ab Hæresi absolvere. *Congregat. de prop. Fide coram Urbanis VIII. apud Nicol. in Flocculus, verb. Catus reservati, n. 16.*

1625. 20. Jun. — In administratione Sacramenti Pœnitentie sufficit, quod Regulares audiant Confessiones cum habitu eorum ordinario, & Stola. *Congregat. Visitat. Apostol. confirmata à Congregat. Episcopar. & Regular. apud Pascucc. in Compend. ad Conf. Consil. Canon. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Confessione, & Confessoribus, pag. mibi 199.*

1625. 21. Jun. — Tot Missæ ab solutè celebrantur, quot ad rationem attributa elemolynæ præscriptæ fuerint, licet stipenda incongrua sint, & exigua: & qui fecerint, obligationi non satisfacti, graviter peccabunt, & ad ieiunationem tenebuntur. *Congregat. Concil. de modis Urbani VIII. apud Cherubin. in Bullar. tom. 4. Confess. 45, qua incipit Cùm s̄epe, & referunt etiam Peyrin. de Privil. Regular. tom. 2. Confess. 9. apud Penit. pag. mibi 285. Codicetus de perf. Parochio, par. 1. trit. 4. de Sacrif. Misericordia, qnæst. 18. num. 6. Barbola de posse. Epist. in fine 2. tom. pag. mibi 37. Thom. Tamburin. in Opuscul. ac Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 12. num. 10.*

1625. 7. Sept. — Confessarii Seculares ad certum genus

696

697

698

699

700

Pro CONFESSARIIS. 211

genius Perfonarum, seu ad limitatum tempus ab Ordinario approbati, minimè possunt, etiam vigore Bullæ Cruciferae, Pœnitentium Confessiones audire ultra facultatem ipsius ab Ordinario concessam. *Congregat. Concil. in Caſarauigniana, apud Barboſi in Spm. Apoſtolic. Decif. verb. Confessarius, num. 15. & iterum in Concil. ſeff. 23. capit. 15. numer. 42.*

1625. 19. Sept. — Approbatio obtenta per Sacerdotem Secularem, vel Regularem ab Ordinario ad audiendas Confessiones, potest ab Episcopo successore pro sua conscientia securitate uique ad novum examen, fulpendi *Congregat. Concil. in Lymana, apud cund. ibid. & primo loco ſub nu. 6. lecundo vero loco ſub nu. 43.*

1625. 5. Nov. — Inter Scripturas Curia Episcopalis aſtervandæ ſunt Approbationes Confessoriorum. *Congregat. Consil. in Perſinâ, apud Pafuec. in Compend. ad Conf. Consil. Canon. Iac. Pignat. par. 1. 153. de Immutante Ecclesiastica, pag. mibi 456.*

1626. 20. Jan. — Fratres Reformati Discalceati Ordinis Ss. Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispania, in Africa, & aliis Turcarum partibus, omnes & singulos corundem locorum utriusque fœxiſ Christiſdeles, iſiōrum Confessionibus diligenter auditis, à quibuscumque excessibus, & delictis, etiam in Bulla in die Cœna Domini legi folita contentis absolvere, ac pro commissis per eos, & eorum quemlibet pœnitentiam injungere salutarem, liberè, & liceté valeant. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confess. 54, qua incipit Cùm ſicut, §. 2.*

1626. 23. Mar. — Extrahentes ex Bibliothecis Fratrum Ordinis Predicatorum Libros, Quinterna, Folia, five impresa, five manuscripta, ſeu permittentes, & contentientes, Excommunicationis poenam incurruunt. *Urbanus VIII. apud cund. ibid. Concil. 55. qua itidem incipit Cùm ſicut, §. 1.*

1626. 31. Mar. — Non eſt imponenda Excommunica-

701

702

703

704

705

O 2. tio

212 CONST. ac DECIS.

tio contra facientes deposita fistula pro dotibus Monialium. Congregat. Episcopat. in Aculania, apud Nicol. in Luebrat, tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. exccmm. n. 18. pag. mihi 176.

1626. 11. Jul. — Confessarii Monialium ab eis nominati, non possunt removeri, nisi ex rationabili causa. Congregat. Concil. apud Barbol. in Sun. Apostolicar. Deif. verb. Confessarius Monialium, nu. 15. & iterum. in Concil. sess. 25. de Regulari. & Monial. cap. 10. num. 18. & referat etiam Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tral. 13. qu. 19.

1626. 14. Jul. — Archiepiscopos, & Episcopis statutis Ecclesiastici, eorumcunq; & Pontificio in Urbe, ejusque Districtu Vicariis in spiritualibus generalibus, nec non Ss. Vincentii & Anatolii ad Aquas Salvias, trium Fontium nuncupatorum, Cisterciensis Ordinis prope. & extra manu ejusdem Urbis, & S. Silvestri Tercia Nonantulae Ordinis S. Benedicti nullius Dioecesis Monasteriorum Abbatibus, ut in detentores Protocollorum, ita Instrumentorum per Notarios defunctos actorum, & rogatorum, ubi, quando, & quoties expedierit, generalem Excommunicationis lentiem proficeret facultatem habent, concedit Urbanus VIII. in Confis. qua incipit Expositus, in additam. ad Theatr. Cardin. de Luca, decif. vol. 2. pag. mihi 427.

1626. 9. Nov. — Petentes absolviti ab Excommunicatione, sunt absolvendi in forma Ecclesie confusa. Congregat. Immunit. in Cajetana, apud Pasucco, in Compend. ad Consulta Canonice. Iac. Pignat. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mihi 147.

1627. 23. Febr. — Carcerarii in Sancto Officio, stante eorum adversa valetudine, conceduntur Confessarii, qui eos absolvit in foro Conscientie. Congregat. Inquisit. apud Pasucco, in d. Compend. par. 2. tit. de Sancto Officio Inquisitionis, pag. mihi 156. ubi par. 1. tit. de Carceribus, pag. 137. habetur: Ca-

veat

706

707

708

709

Pro CONFESSARIIS. 213
veat Confessarius, ne quidquam Inquisitoribus re-
velet de auditis in Confessione à Carcerato pro-
pter haeresim, ex Pegg. in 3. par. direct. Eyn. com.
25.

1627. 16. Mar. — Ut quis absolvatur ab Excom-
municatione incuria ob consilium datum ad viola-
tionem libertatis, vel immunitatis Ecclesiastice,
non sufficit, quod dicat, sed eo dolere pluri-
mum, sed necesse est, ut damnet idem consilium
apud eosdem, quibus consulvit, & faciat quod
potest pro revocatione precepti, & iecutorum
exo. Congregat. Episcopat. in Nicia, apud Nicol. in
Flocl. verb. Consilium, n. 2.

1627. 30. Apr. — Non probatur, quod Superior
Regularum reveret sibi Catus ad effectum pre-
scribendi Confessarii in casibus particularibus
quam penitentiam injungere debeant. Congregat.
Episcopat. in Averfiana, apud eund. ibid. verb. Catus
reverari, n. 4.

1627. 26. Jun. — Episcopus ob Clausuram custodi-
endam, etiam in Monasteriis Regularibus subje-
ctis potest Excommunicationis late sententia po-
nam sibi reservatae imponere circa aperitionem
ostii Claustrae extra calix indigentia, nec non
circa accessus, & colloquia cum Monialibus: di-
ctaque Excommunicatio ligat nedum Regulares
acecedentes, verum etiam Moniales, si de ipsis
mentio fiat, adeo ut Superior Regularis ab eâ
Excommunicatione absolvere negeat. Congre-
gat. Concil. in Viterbiensi. apud Peyrin. de Privileg.
Regular. in fine Operis, Decret. 5. & referunt etiam
Pasucco, in Compend. ad Consulta. Canpi. Iac. Pigna-
tel. par. 2. tit. de Monialibus, pag. mihi 81. Nicol.
in Luebrat, tom. 2. Canon. tit. 1. lib. 3. num. 3. Mat-
thaeuc. in Offic. Chr. Regular. tom. 1. cap. 13. nu. 14.
Monacel. in Formular. leg. præf. par. 2. tit. 1. form. 34.
num. 11. juxta cap. Monasteria 8. de vit. & honest.
Cleric.

1627. 8. Jul. — Nuncio Apostolico in Belgio

O 3 conce-

719

711

713

713

214 CONST. ac DECIS.

conceditur facultas (data ceteroquin ejus præcessoribus) absolvendi ab heresi in utroque foro, quam communicare possit alius octo Presbyteris in foro Confessori. Congregat. Inquisit. apud Pascue. in Compedit. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par. 2. tr. de Nuncis Apostolicis , pag. mishi 128.

1627. 20. Aug. — Confessariorum Approbatio spectat ad Episcopum, donec per alium prætendenter proberit immemorabilis. Congregat. Concil. in Nullius , seu Convenian. apud Barbus. in Sup. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius , num. 12. & verb. Approbatio n. 5. utробique ex Sell. in Select. Canon. cap. 14. n. 27.

1627. 27. Aug. — Necessaria est assistentia Confessarii, ut Regulares licentiam habentes possint alioqui Moniales, & Confessario præsentem, debent ita clare loqui, ut ipse intelligat quid dicatur. Congregat. Episcop. & Regular. in una Capuccinorum , apud Nicol. in Floscul. verb. Accesus ad Monasteria Monialium , n. 2.

1627. 27. Aug. — Si Regulares Secularium Confessiones audiant sine licentia Episcopi, possunt ab eodem tam per Cenituras Ecclesiasticas, quam per alias qualunque opportunas poenas puniri. Congregat. Episcop. & Regular. in Gennen. apud cund. ibid. verb. Regularis , n. 1.

1628. 14. Jan. — Concubinarius in peccato imponens mortuus, non est in Loco Sacro sepelieandus. Congregat. Episcop. in Rosanen. apud Nicol. in Floscul. verb. Concubina , num. 2. ubi etiam quod idem de eo, qui talis à Populo putatur, licet revera non sit, nam dum vivit, abolivi non potest, nisi prius scandalum tollat, ex Bonacina de Matrim. quaf. 4. punct. 14. Diana 5. tr. 14. ref. 107. Notandum primò, quod in Concubinarii validè excommunicantur, debent prius ter judicialiter moneri, neque sufficit, quod fuerint moniti per Edictum , vel per Synodus, vel per unicam monitionem pro tribus, quia monitiones debent esse speciales ,

8 di-

Pro CONFESSARIIS. 215

& distinctæ, ut DD. apud Monacel. in Formular. leg. præf. par. 3. tit. 1. form. 28. num. 7. pag. 114. ¶ Non rāndum secundò, quod mundanus est timor Confessoris, qui ne perdat Passerentem, conniat illius peccatis, & querit omnes Opiniones laxiores, ut illum possit absolvere, quando est in occasione proxima &c, ut haber Campanoni in Instruc. pro Confessa. par. 2. cap. 9. n. 2.

1628. 19. Ian. — Fratres Reformati Ordinis B. MAR IÆ de Mercede Redemptionis Captivorum ad Fratres Calceatos eiusdem fine licentia Sedis Apostolicæ transentes; Fratresque Calceati predicti, qui dictos transeuntes recipiunt, vel retinent, Excommunicationis poenam ipso facto incurunt. Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 77. qua incipit Injuncti, §. 2. ¶ 3.

1628. 28. Ian. — Qui in rixa dicit alicui: disfringe istum ensim; & eodem tempore infligit aliquos iei. non incurrit Excommunicationem contraria. Duellantur fulminatam, de qua Tridentinū fess. 25. cap. 19. prout declaravit Congregat. Episcop. in una Montis alti , apud Nicol. in Luenbrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. m. 178. m. fine, pag. m. 212.

1628. 21. Mar. — Monialibus tempore Iubilæi dandus est Confessarius extraordinarius. Congregat. Episcop. apud cund. in Flosculis , verbo Iubileum , num. 8.

1628. 23. Mar. — Qui ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus, Sacramentalem Confessionem audire præsumperet, atate minori annis vigintiquinque non excusatetur, quo minus Constitutionis Clementis VIII. (de qua supra, 1601. 1. Dec.) subiiciatur, dummodo vigesimum fux etatis annum compleverit: iplequæ non promotus sic delinqens, nullâ habità consideratione præfate minoris etatis, five Laicus, five Clericus Secularis, ant cujuvis Ordinis, Congregationis, So-

O. 4 cieta-

cietatis, etiam de necessitate exprimenda, Regula-
ris, aut cuiusvis alterius Instituti, etiam quan-
tumvis exempti, & privilegiati, Pontifici & Apo-
stolica Sedi immediate subjecti, nec non Militia-
rum quarumcunque, etiam S. Ioannis Hierosolym-
itanarum, fuerit, tradatur Curia Seculari penis
debitis plectendus, *Urbanus VIII. apud Cherubin.*
in Bullar. Rom. tom. 4. Confit. 79. qui incipit Apollo-
tatus, §. 2. & referunt etiam Peyrin, de Privileg. Re-
gular. tom. 3. Confit. 6. apud. Pontific. pag. mibi 384.
ac Alesan. Tamburini, de Iur. Abbat. tom. 1. dist. 15.
quæfio 7. num. 53. ¶ Notandum primò, quod nul-
la est Absolutioni Sacramentalis prælita a non Sa-
cerdote, quamvis communiter existimat Sacer-
dos, nam is patitur inhabilitatem de Iure Divino,
secundum quod soli Ordini Sacerdotali annexa est
Iurisdictio necessaria ad eam Absolutionem mini-
strandam, ex text. in cap. verbum, de panis, dif. 1.
Trid. fol. 14. de Sacr. Panis, cap. 10. adeo ut, nec in
mortis articulo possit huiusmodi Absolutio iustæ,
& validæ præstari a non Sacerdote, etiam si desit
Sacerdos, ut post Glofs. verb. mortis, in fin. in cap.
pastoralis, & præterea, de offic. ordin. oblervanti DD.
apud Barbol. de potest. Episc. par. 2. alleg. 2. num. 1. &
¶ 13. ¶ Notandum secundo, quod qui existens
*tantum Diaconus audiuit Confessiones Sacra-
mentales, deinde ad Presbyteratum se promoveri fecit,*
potesit committi Ordinario, ut prævia abjuratione
abfolvatur, ut habeat Pæcucc. in Compend. ad Con-
sult. Canon. Ius. Pignani par. 1. tit. de Dispensationi-
bus, pag. mibi 217. ¶ Notandum tertio, quod hanc
Constitutionem de non promotis Confessiones hu-
iuveniis audientibus tenentur Superiores Regulari-
res, item in Mense Augusto Subditis patefacere, &
promulgare, ut decrevit Congreg. Inquisit. coram d.
Urbanus VIII. in d. Bullar. Rom. tom. 5. Confit. 192.
que incipit Sanctissimus §. 4. edita anno 1633. 14. Apr.
& in Decreto eiusdem Congreg. emanata anno 1638.
11. Febr. apud Peyrin, de Privileg. Regular. in fine
Oportet. Destr. 13. 1628.

1628. 8. Apr. — Non satisfacit obligationi de 722
recitando Divino Officio (& consequenter peccat mortaliter) qui recitat additum ab Ordinario loci, fine licentia Sacra Congregat. Ritr. apud Gavant. in Thesaur. Sacror. Ritr. tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 2. n. 9.

1628. 13. Maij. — Subcollector, absque Ordinarii licentia alloquens cum Monialibus, potest excommunicari. Resolutum in Hippo regie testatur Sell. in folio. Canon. cap. 18. num. 51. apud Barbos. in Con-
cil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 5. num. 107.

1628. 15. Maij. — Quicquid, seu dictis, seu scri-
ptis Fratres Minores Conventuales juxta Constitu-
tiones Urbanas viventes, non esse veros Regule
S. Francisci Observatores auctor fuerit: quoquomo-
do afferre, mox Apostolicè S. ds. Excommuni-
cationem seie incurtere sciat. *Urbanus VIII. apud Peyri-*
n. de Privileg. Regular. tom. 3. Confit. 8. pag. mibi
419.

1628. 26. Jun. — Laicus percutiens in Ecclesia, injurijs alium Laicum alapha, incurrit Excom-
municationem minorem, ut declaravit Congregat.
Immut. in una Nullius. apud Monacel. in Formular.
leg. p. 17. part. 1. tit. 5. form. 8. num. 2. & refert
etiam Pæcucc. in Compend. ad Consult. Canon. Ius. Pi-
gnat. par. 1. tit. de Centuriis Ecclesiasticis, pag. mihi
144.

1628. 9. Aug. — Fratres Capuceini Ordinis S. Francisci ad laxiorem absque speciali Sentis Apo-
stolicae, ad Carthusiensem verò, seu quemcumque
alium Ordinem, vel Congregationem nisi de
Ministri Generali pro tempore existentis dicti Or-
dinis licentia in scriptis obtinenda, transeuntes,
Excommunicationis poenam ipso facto absque ulla
declaratione incurruunt. *Urbanus apud Chernibin.*
in Bullar. Rom. tom. 4. Confit. 91. quef. 2. II. incipit In-
juncti, §. 2.

1628. 26. Aug. — Poenam Excommunicationis,
& Interdicti ipso jure comminatam incurruunt tam
vendentes, & transferentes Juspatronatus, quam
etiam

etiam sc̄ ingerentes in illius fructuum perceptione.
Decisum refert Barbola in Concil. sess. 25. de reform.
cap. 9. num. 82.

1628. 12. Sept. — Omnes, & singula Indulta audiendi Secularium Confessiones abique Ordinarii examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESU, Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, necnon Monachorum quorundemque, etiam S. Benedicti, Cisterciensium, & Carthusiensium, etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitanis, ac quibusunque Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monasteriis, exterisque Locis P̄is, sive eorum, & earum respectivè Abbatis, Praepositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prelatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Provincialibus, Capellaniis, Confessariis, aut aliis quoconque nomine nuncupatis Superioribus, & Personis quibusconque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolica immediata subiectis, quovis Privelegio munitis, concessa, revocantur, cassantur, tolluntur, abrogantur, & annulantur, viribus, & effectu evanescant, ita ut nullis ex predictisullo modo in posterum suffragari possint. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confis. 92. qua incipit.* Cūm sicut accepimus, §. 1. & refert etiam Peyrin. de Priveleg. Regular. tom. 3. Confis. 16. ejusd. Pontific. pag. mibi 395. nec non Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 4. quaf. 8. numer. 2.

1628. 31. Oct. — Amoventes, transportantes, distribuentes, seu mutuo dantes Sacras Reliquias, aut Libros, seu Volumina, & Scripta Ecclesie, & Bibliotheca S. Francisci de Paula ad Montes Urbis Ordinis Fratrum Minimum Nationis citerioris Calabrie, Excommunicationis poenam eo ipso incurront. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar.*

729

Bullar. Rom. tom. 4. Confis. 95. qua incipit Jufis, §. 2.
1628. 17. Nov. — Per confirmationes Privelegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequamquam revixerunt Privelegia, prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam Sacra Congregationis Decretis sublata, atque extinta, si quæ habebant, absolvendi à Casibus Ordinario loci reservatis: quemadmodum nec Indulta absolvendi à Casibus contentis in Bulla, que in die Cena Domini legi confuevit, utpote sublata per annum ipsius Bullæ (de qua inferius, 170. 24. Mar.) publicationem, vires, aut robur acquisierunt ex subsequentibus Privelegiorum confirmationibus: ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italianam, in vim Privelegiorum, aut confirmationum hujusmodi, quas vel haecne obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, possunt quemquam absolvere ab eisdem Casibus in Bulla Coenæ, aut Ordinario loci reservatis: ac, si fecerit egerint, Abolutions nulla sint, & irrite: Ab alitis vero Casibus, & Cenitris Sedi Apostolica reservatis, si quidem Regulares habeant à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illa extra Italianam minimè sublata fuit eisdem Sacra Congregationis Decretis (de quibus supra, 1601. 9. Ian. & 1602. 26. Nov.) hac de re editis iussu Clementis Octavi. Congregatio Episcoporum, & Regulari, approbante Urbano VIII. apud Barbola de pofsa Episc. p. 3. allegat. 50. num. 289. & iterum in Concil. sess. 14 cap. 7. num. 23. & referunt etiam Peyrin. de Priveleg. Regular. tom. 3. cap. 2. num. 38. pag. mibi 317. Alcan, Tamburin, de Jur. Abbat. tom. 2. disp. 14 quaf. 15. num. 6. ac Marchæuce, in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 5. nec non Murga in Tract. de Benefic. Eccles. quaf. 2. nu. 571. pag. mibi 199. ac etiam disquis. moral. tom. 2. disquis. 1. nu. 197. pag. mibi 160. & deinde Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 1. tract. 1. quaf.

730

220 CONST. ac DECIS.

queſt. 7. num. 12. par. 1. & iterum tom. 2. par. 1. tract.
11. queſt. 17. num. 6. ac Pallerin. de elect. capon. cap.
26. num. 5. 7.

1629. 30. Ian. — Approbationem ab Episcopo obtinentes ad certum tempus, eo elatio, non posſunt Confefſiones audire abſque nova Episcopi ipſius licentia, & approbatione, prævio etiam, si eidem liberatur, novo examine: illi verò, quos ipſi met Episcopus ad Confefſiones impulſi nodi audiendas ſemel admitti ſimplicer ac fine illa temporis praefinitione, nullatenus poſſunt ab eodem reprobari fine nova cauſa, caque Confefſiones iplos concerne: ceterum, an eadem cauſa ſubſtit., necne, Episcopus non tenetur ipbiſ Regularibus edicere, ſed Scilicet Apoſtolice dumtaxat, ubi eam ſibi aperiti poſtulaverit. *Urbanus VIII. apud Barboſi. in Concil. ſeff. 23. de reform. cap. 15. num. 45.*

1629. 31. Mar. — Nulli Religioſorum Societatis IESU licet facultatibus Sancta Crucis in quaunque Mundi parte publicate, vel publicandæ, quod eligendum Confefſarij, & obtinemad. Abſolutionem à Caſibus reſervatis, uti: nec huiusmodi Crucia ei iuſtrigatur quod haec facultatem eligendi Confefſarij, & prædictam Abſolutionem obtinendi. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confifit. 125. que incipit Romanus. §. 3.*

1629. 6. Apr. — Presbyteri Seculareſ non Confefſarii, & Confefſari Regulares, ſed non Parochi, hortandi ſunt, non autem cogendi, ut diuifionis Caſuum Conſcientie interlini. *Congregat. Epifcopor. & Regular. in Nuceria; & anteā in Spoleto. 1628. 28. Jul. ac in Caſtellane. 1621. 20. Jul. apud Nicol. in Eloſcul. verb. Caius Conſcientie, num. 5.*

1629. 29. Maij. — Locutienens Auditoris Camera Apoſtolica non poſteſt abſolvere à Cenſuris ob non iuſtitionem Decimatum: Abſolvere autem poſteſt ab Excommunicatione reſervata. *Congregat. Immunit. in Beneventana. apud Patucco. in Compend. ad Confifit. Capon. Jac. Pignat. par. 1. ſit de Cenſu-*

ris

Pro CONFESSARIIS. 221

ris Ecclesiasticis, pag. mibi 146.

1629. 9. Oct. — Abſolutionis ab Excommunicatione non prodeſt, niſi lequita reſtituzione, & redintegratione Eccleſi. *Congregat. Immunit. in Laudan. apud eund. ibid. pag. mibi 147.*

1629. 17. Nov. — Praebendam primam vacantem aſſignare pro Poenitentiariori non eſt in optione Epifcopi, fed pro Theologo: & ſi magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, ut prius de Poenitentiariori provideatur, habenda eſt conſirmatio à Sede Apoſtolica ad omnem diſſiſtatem tollendam. *Congregat. Concil. in una Cruxiatis Caſellana, apud Barboſi. de Canon. & Dignit. cap. 27. num. 5. & iterum in Sum. Apoſtolica. Deiſi. verb. Canonicus Poenitentiariorum, num. 2.*

1629. 23. Nov. — Regulares ab Epifcopo antecedente prævio examine approbatos ad Peritorium ſecularium Confefſiones audiendas, poſteſt modernus Epifcopus pro majori conſientiā iteſe quiete iterum examinare, & ſi minus idonei reperiſſerint, reprobare. *Congregat. Epifcopor. & Regular. apud Barboſi. in Concil. ſeff. 23. cap. 15. num. 44.*

1630. 13. Jan. — Mulieres, ſive Virgines, earumque Superiores, ſive Viſitatrices, ſive Reſtrictes nupciatae, ſive Præpoſita Generalis prætoria Congregationis Iuſuicollationis, Collegialiter viuentes, Excommunicationis majoris poenam ipſo facto incurrit, à qua nonnisi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituta, abſolvi poſſunt. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confifit. 111. que incipit Paſtoralis. §. 5.*

1630. 5. Febr. — Non poſſunt Ordinarii, & multo minus eorum Vicarii abſolvere ab Excommunicatione incuria propter extractionem conſugalium ad loca immunita: ideoque datur Vicario Apoſtolico Tropiensi facultas faciendo ſe abſolvere per Confefſarium. *Congregat. Immunit. in d. Tropi. & poſteā in Capuana Vicario Generali*

1632.

735

736

737

738

739

222 CONSTIT. ac DECIS.

1632. 16. Jun. apud Matthaeucc. in Offic. Cur. Regu-
lar. tom. 2. cap. 4. num. 71.

1630. 21. Febr. — Qui partem fecit operum in
prima Hebdomada Jubilai, reliqua vero in sequen-
ti, non videtur consequi posse Indulgientiam, nam
observanda est forma praescripta in Jubilao, que
scilicet solet esse disjunctiva, non vero coniuncti-
va quoad duas Hebdomadas. *Urbanus VIII. in Con-
gregat. S. Officii, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Ca-
non. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. numer. 7. pag mi-
hi 161.*

1630. 21. Febr. — Obligatio denunciandi sollici-
tationem in Confessione limitatur, quando adesse
probabile periculum, quod Persona revelans non
teneretur secreta, & sic ex revelatione huiusmodi
sibi gravia incommoda sequerentur: ii tamen mon-
endi, quod cestantibus iupradictis periculis, &
impeditenis, tenentur denunciare. *Urbanus VIII.
in Congreg. S. Officii, apud eund. ibid. num. 8.*

1630. 22. Febr. — Excommunicatus, ante abfo-
lutionem receptus ad habitum, eo spoliari debet,
ac dimitti. *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S.
Dominici, apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon.
lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 36. pag. mibi 174.*

1630. 14. Mar. — Curati omnes, etiam exempti,
etiam Regulares, tenentur interesse cum aliis Cu-
ratis Congregatione Catuum Conscientia. *Con-
gregat. Episcopor. in Vermon. & antea in Ferrarien.
1593. 13. Off. ac in Vercellen. 1586. 9. Off. nec non
in Lucana 1579. 11. Ang. apud eund. in Flescul. verb.
Catus Conscientia, num. 4. & refert etiam Gavant.
in Manali, verb. Clerici Couventus, num. 2.*

1630. 16. Mar. — Testes laicos ad defensandum te-
stimoniun veritatis pro Curia Episcopalis infor-
matione potest Episcopus in subdium sub pena.
Excommunicationis citare, *Decisum in Lucana refert
Barb. in Concil. off. 25. de reform. cap. 3. n. 11. ex Aldar.
in Compend. Canon. resolut. lib. 3. tit. 25. num. 10.*

1630. 20. Mar. — Contra Excommunicatos noto-
rios,

223 Pro CONFESSARIIS.

rios, qui non curant absolviri, procedendum per
aggravatorias. *Congregat. Immunit. in una Nullius
Canufi., & postea in Beneventano 1637. 20. Ian.
apud Paucucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac.
Pignat. par. 1. tit. de Cenfuriis Ecclesiasticis, pag.
mibi 147. & refert etiam Monacel. in Formular.
leg. præf. par. 1. tit. 12. form. 16. num. 2. & 3.*

1630. 13. Apr. — Confessarius ille, qui abjuravit alia
secreta, vel publicè, aut aliis quomodounque, non
potest refutari, ut valeat Secularium Confessiones
audire: Qui autem de levi abjuravit, non est im-
peditus audire Confessiones etiam Secularium.
*Congregat. Inquisit. apud Gavant. in Manali Episco-
por. verb. Confessarius, in addit. num. 5. & 6.*

1630. 19. Apr. — Moniales voentes observarere
Regulas, & Constitutiones Ordinis, non ideo
obligantur ad omnia in eis contenta sub mortali.
*Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Dominici,
apud Nicol. in Ploccal. verb. Obligatio, num. 6.*

1630. 16. Mai. — Nuncio Apostolico apud Ca-
sarem conceditur facultas absolvendi ab Hæresi in
utroque foro, & Casibus Sedi Apostolice refer-
tatis, etiam in Bulla Cœna Domini contentis.
*Congregat. Inquisit. apud Paucucc. in Compend. ad Con-
sult. Canon. Iac. Pignat. par. 2. tit. de Nunciis Apo-
stolicis, pag. mibi 128.*

1630. 16. Mai. — Nuncio Apostolico apud Hel-
vetios conceditur facultas abolvendi ab Hæresi in
utroque foro, & ut eam communicare possit
aliis Personis. *Congregat. Inquisit. apud eund. ibid.
d. pag. 128.*

1630. 16. Mai. — Nuncio apud Regem Poloniz
conceditur eadem facultas absolvendi ab Hæresi in
utroque foro, quam communicare possit Episco-
pis, & Prelatis sive Nuntiaturæ subjectis, ac etiam
Sacerdotibus sibi bene visis in foro conientia.
Congregat. Inquisit. apud eund. ibid.

1630. 7. Jun. — Excommunicationis majoris late-
sententia poenam incurruunt construentes alia Men-
dican-

749

741

742

743

744

745

745

747

748

749

750

751

224. CONST IT. ac DECIS.

dicantium Ordinum Monasteria , Domos , seu Conventus , & Regularia loca , nisi per tres leucas circumcirca Monasterium , & Ecclesiam B. MARIE de Monte Serrato Ordinis S. Benedicti , & nisi de expressa Abbatis , & Monachorum dicti Monasterii licentia. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confis. 144. que incipit Compluta , §. 2.*

1630. 19. Jun. — *Concessio Sancte Cruciae , qua respectu faciliat eligendi Confessarium , etiam Laicis , & Clericis Secularibus quoad Casus reservatos , etiam Bulla Coena Domini (Hæres excepta) contentos , non nisi in foro Conscientia , non autem in foro externo , suffragatur , aliorumque Indultorum hujusmodi , quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium , & abolvendi à prædictis Casibus reservatos , etiam in Bulla Coena Domini contentis cum Fratribus , & Monialibus quorumcunque Ordinum ubilibet confitutorum locum minime habet , nec illis ullo modo suffragari potest , sed iidem Fratres , & Moniales , quantum ad Sacramenti Pœnitentie , seu Confessionis administrationem , ordinariae dispositioni sñorum Praelatorum , & Sedi Apostolice , quod sibi reservata , subiecti sunt. *Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confis. 106. que incipit In specula , §. 3. & referunt etiam Barbosa de pœst. Episc. in fine 2. tom. pag. mibi 75. Peyrin. de Privil. Regular. tom. 3. Confis. 8. ejusd. Pontific. pag. mibi 387. Bisfus in Hierurg. tom. 1. lir. C. num. 42. §. V. ac Matthaeuc. in Offic. Chr. Regular. tom. 1. cap. 15. num. 10. & Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 3. traçé. §. quæst. 12. num. 7. ¶ Hoc antea decreverat Clemens VIII. anno 1599. 23. Novembris , apud d. Cherubin. in d. Bullar. tom. 3. Confis. 64. que incipit Romani , §. 2. quam etiam refert Quaranta in sum. Bullar. verb. Confessor. pag. mibi 197. ¶ Cautè idcirco legendi Joannes de la Cruz de Hu tu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 12. Sancius in select. disp. 44. circa finem . numer. 13. & calii citati ab Alca-**

Pro CONFESSARIIS. 225

nio Tamburino de tur. abbas. tom. 2. disp. 6. quæstio

7. num. 1.

1630. 18. Jul. — *Apostate à Fide , redintes ad penitentiam non tenentur ad abjurandam Apostoliā publicē coram Infidelibus , sed sufficit , ut eam abjuren in Balneo (captivorum carcere) coram Fidelibus , abstinentendo ab actibus Infidelitatis , ac deponendo habitum Infidelium , quatenus sit protestativus falso Religionis : Si vero sit æquivocatus , possunt illum deferre : Quod si ex illa delatione ratione persona aliqua oriretur culpicio , tenentur a fugere quam primum poterunt. Congreg. Inquisit. coram Urbanus VIII. apud Peyrin. de Privil. Regular. tom. 3. cap. 4. num. 4. pag. mibi 332.*

1630. 25. Jul. — *Confessarius secretū accersitus ab Apolatis inter Infideles existentibus , & in articulo mortis constitutis , ut secretū absolvat , debet illos abolvēre , abjurare prius verbo Apostoliā in foro Conscientia : Et si per aliquod tempotis spatium supervixerit , poterit abjurare in Balneo coram Fidelibus : Quod si non poterit , relinquat chirographum lux abjunctionis , faltem signo Crucis concíprium : Quod si neque hoc possit , committat Confessario , ut suam abjunctionem Fidelibus manifesteret : Non autem tenetur Apolata penitentis tunc in periculo vita constitutus , etiam suadentibus Turcis , cum periculo vita Fidem Catholicam , quam tunc , abjurata Infidelitate , amplexus est , confiteri , sed eorum iunctiones eludere , vel non respondendo , vel æquivocis verbis utendo . Congregat. Inquisit. apud eundem. ibid. numer.*

42. ¶ Notandum , quod Missionarii , aliique Confessarii non possunt audire Confessionem , & abolvēre Christianos illos , qui habent pro Uxoribus Mulieres Turcas , quibus nulla spes effulget , quod amplectura sint Fidem Christianam : Et vice versa non possunt abolvēre Mulieres Christianas in Matrimonium conjunctas cum Turcis , nam vivant in continuo Concubinatu , ut ex Bellarm. &

P. Ponc.

753

754

226 CONST. ac DECIS.

Ponc. de Matrim. refert Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit. de Missionariis, pag. mibi 61.

1630. 7. Aug. — Qui Scholas sub denominatione Scholarium Piarum tridere, aut forsan jam eretas, Pias denominare, aut inscribere, vel habitu[m] per Clericos Regulares Religionis Pauperum Matri Dei Scholarum Piarum gefarsi solitum, gestare proualimperit, Excommunicationis poenam ipso facto incurrit. Urbanus VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confis. 107. qui incipit Ad uberes, §. 1.

1630. 8. Ang. — Illi, qui volunt sponte per Interpretem confiteri, nec aliter possunt, non sunt prohibendi per Ordinarium, cui sufficit praevere abulius, & scandala, nec non curare, ut Interpretes admoneantur de obligatione ad obseruantiam secreti. Congregat. Theologor. specialiter deputata ab Urbano VIII. prout ex actis Sacrae Congregat. de Propag. Fide, refert Nicol. in Flocul. verb. Confessarius, num. 19. ¶ Notandum, quod dum Poenitentis Interpreti peccata dicit, non est necessaria presentia Confessarii, dummodo sit praetens Poenitentis, quando ea Confessarius audit ab Interpretate, ut cognoscat Poenitentem velle, & confitire, quod Interpres nomine ipsius Poenitentis, peccata aperiat: praterquam quod non sufficeret auditio peccatorum per Interpretatem, nisi aliquo signo Poenitentis ostenderet, scilicet, mediante illo, volle confiteri, ut postea Confessarius possit Poenitentem absolvere. Gobat. in experim. Theolog. tract. 6. num. 501. apud Bissimum in Hierurg. tom. 2. liri. p. num. 162. §. 14. ubi rem. 1. liri. E. num. 213. §. VI. aut quod potest absolviri, qui est ignoris idiomatis, & non habet copiam Confessarii illius lingue explicato uno, vel aliquibus peccatis modo, quo fieri potest, ex Cabais. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 3. cap. 11. num. 3.

1630. 27. Aug. — Auditor Cameræ non potest absolu-

757

Pro CONFESSARIIS. 227

solvere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam. Excommunicatos per Episcopos, vel alios Ordinarios ex causa violate jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiastice, si ad eum appellerent. Congregat. Immunit. apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Cenitris Ecclesiastis, pag. mibi 150. juxta Decretum Sacra Congregationis ad hoc specialiter deputata, editum 1626. 11. Aug. cum approbatione Urbani VIII.

1630. 30. Aug. — Quamvis Episcopus simpliciter, & abique ulla temporis praefinitione approbaverit Regulares ad Confessiones Secularium audiendas, potest tamen eosdem, si nova causa superveniat, suspendere, ac licentias illis concessas revocare, dummodo dicta causa Confessiones ipsas concernat: Ceterum si Regularescum scandalo, aut alijs in honore vivant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi (in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur, cum principia Ministrii qualitas sit integritas vite, ac morum honestas) utique ea causa ad Ministrum Confessionis pertinet: ac proinde nihil obstat, quominus ob eam possit Episcopus Regulares tuncunque à semetipso approbatos suspendere, aut expellere à Confessionibus audiendis. Congregat. Episcop. Et Regular. approbat. Urbano VIII. apud Barbos. de posse. Episc. in fine 2. tom. 3. pag. mibi 79. post Confisit. 67. & iterum in sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius, num. 20. Et refert etiam Gavant. in Manuali, verb. itid. Confessarius, in addit. num. 1. ¶ 2. nec non Donat. in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 4. quebus. 15. num. 5.

1630. 3. Sept. — Confessarii Regulares, sed non Parochi, non possunt cogi ad Confessandas Caſuum Conſciencia. Congregat. Concil. in Foro emproption. apud Matthauic. in Offic. Curs. Regular. tom. 1. cap. 21. num. 12.

758

228 CONST. ac DECIS.

1630. 27. Nov. — Ad Cenfurarum fulminationem
si Iudex non ritè procedat, totum est attentatum,
& ante omnia revocandum, & sic pars abolvenda
à Cenfuris latet, Felin, in cap. ad probandum, num.
6 de re judic. Caffad. decisi. 6 de caus. possess. & propriet.
Creicen. decisi. 1. de sequell. possess. & fruct. Vestr. in
Prax. lib. 8. cap. ult. num. 16. apud Rotam in Cala-
garitana Procescionum coram Pirovano, decisi. recent.
par. 5. tom. 2. decisi. 515. num. 1. ¶ 3.

1630. 7. Dec. — Monachi Ecclesiae Collegiate
& Insignis S. Ambrosii Mediolani, in suo latere
dicta Ecclesiae subsellia ad ultimam Confessoriarum,
qua vulgo Confessionalia nuncupantur, habeant,
qua tamen sunt conformata cum alijs à latere Cano-
nicorum euclides Ecclesiae existentibus. Urbanus
VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confir. 151. qua incipit
Griegis Dominic.

1630. 11. Dec. — Régulares, qui habent portio-
nes separatas, non tamen habent ratione domini, i
sed solum ratione administrationis: & ideo si non
sunt animo parati etiam ad Superioris nutum dictas
portiones relinquere, peccant manifestè contra
vomitum Paupertatis solempne, & tenentur dictas
portiones restituere, & à le animum abdicare, ut
est communis sententia DL. apud Rotam in Geran-
den. Administrationis coram Coccino, decisi. recent.
par. 5. tom. 1. decisi. 414. num. 29. ¶ 35. & refer-
tum Barbořa de Canon. & Dignitatib. cap. 1. num. 24.

1631. 3. Febr. — Sancti Pi Quinti Constitutio de
Censibus (supra posita, & edita 1569. 19. Ianua-
rii) in partibus Orientis, & praesertim in Insulis
Maris Egae diligenter à Fidelibus est observanda,
& praesertim circa fortis repetitionem, qua omnino
prohiberi debet: deinde eisdem Fidelibus Centum
creditoribus per S. D. N. permitti potest, etiam
cum derogatione prædicta Constitutionis, quatenus
opus sit, ut pro sua cautione, ubi aliter fieri
non poterit, pignus accipere possint, cum infra-
scriptis tamen conditionibus, videlicet: Debitoru
Census

760

762

763

Pro CONFESSARIIS. 229

Census libera sit per paucum expressum contractui
cenfulari adjicendum, facultas illum redimenti
prædicta fideiustione, aut alia cautione: item, ut
pignus nullo modo sit fructiferum: & denique ne
ullo creditor utatur, nec ex eo commodum aliquod
percipiat. Congregat. de propagan. Fide, approbante
Urbano VIII. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 1. lib. 3.
tit. 24. num. 35. pag. 199.

1631. 8. Febr. — Indulgentias Jubilæi, qua à Sum-
mis Pontificibus pro tempore concedi coniue-
runt, ut quis conlegi valeat in Regnis Hispania-
rum, non est necessarium Bullam Cruciate ante,
vel post suscipere. Congregat. Indulgentiar. apud Bar-
boř. in Concil. sell. 25. de reform. cap. 21. num. 4. ex Sell.
in Soleit. Canon. cap. 4. num. 16. ¶ Notandum primò,
quod Jubilatum potest acquiri tantum semel, ut ex
declarat. Sacr. Congr. ait Builemb. in Modul. Theo-
log. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 4. art. 2. § 2. num. 2.
Jubilatum autem Anni Sancti plures potest lucra-
ri, ex declarat. Urbani VIII. apud Bissum in Hie-
nburg. tom. 1. litt. 1. num. 227. § 22. & litt. R. num. 95.
§. 8. ¶ Notandum secundò, quod qui animo lu-
crandi Jubilatum, absolutus fuerit à referbatis, ve-
re esset absolutus, licet postea vel mutaret senten-
tiā, vel ex aliquo impedimento, etiam morali,
Jubilatum non conqueretur, Bonal. in Theolog.
moral. tom. 2. tract. 26. litt. 52. apud d. Bissum, d. tom.
1. dist. 1. num. 227. § 12.

1631. 22 Aug. — Licet inter Casus à Regularium
Superioribus refervando (de quibus supra, 1593.
26. Maii) non inferverit Clemens Octavus tran-
gressiōnem votorum, non tamen sublata est Prä-
latis Regularibus hujusmodi reservatio, quam ca-
teroquin habent ex Regula dispositione. Congre-
gat. Episcop. & Regular. apud Peyrin. de Privileg. Re-
gular. tom. 3. cap. 12. num. 7. pag. vñbi 373.

1631. 13. Sept. — Fratres Ordinis Minorum S.
Francisci Capuccinorum cuiusvis Provinciae (ex-
cepta Romana) accidentes Romanos absque licen-

766

P 3 tia

230 CONSTIT. ac DECIS.

tia in scriptis Cardinalis Protectoris, seu Ministri, aut Vicarii, seu Procuratoris generalium ad id auctoritatem habentium, nec non Provinciarum Superiorum mitterentes, Excommunicationis majoris lata sententiae poenam incurunt. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confis. 166. qua incipit In Specula. §. 1.*

1631. 20. Dec. — Potest Episcopus deputare Confrellarium extraordinarium Monialibus Regularium curz subiectis ex aliqua legitima causa, & alterius Ordinis, vel Sacerdotem Secularem idoneum, ut repondit Congregat. Episcoporum Regularium in Cameracu. apud Monacel. in Formular. leg. præst. par. 2. tit. 15. form. 15. num. 8. pag. mibi 259.

1631. 20. Dec. — Qui causa honoris inequitur iniamicum, & occidit, incurrit irregulartatem, prout declaravit Congregat. Concil. apud Nicol. in Flocculus, verb. Irregularitas, numer. 9.

1632. 27. Ian. — Episcopi, & Vicarii Capitulares non possunt vigore Iubilai absolvete publicè denunciatos in foro exteriori pro laicis immunitate Ecclesiastica, sed tantum in foro Conscientiae, quando scandalum non est notorium, ut respondeat Congregat. Immunitas in Mediolanen. apud Monacel. in Formular. leg. præst. part. 1. tit. 9. form. 1. num. 113. & refertiam Riccius in Synopsi Decretor. verb. Iubilaeus.

1632. 20. Mar. — Excommunicationis poenam eo ipso incurrint Magister Generalis, ac Superioris Ordini Fratrum B. MARIE de Mercede Redemptoris Captivorum, inconscita Sacra super negotiorum Regularium Congregatione, & sine expressa illius approbatione, Fratribus Laicis, seu Conversis licentiam transeundi à statu Laicali ad Clericalem, tenet de se promoveri faciendo ad minores, ac Sacros Ordines concedentes. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confis. 174. qua incipit Expon. ni. §. 2.*

1632. 25. Maij. — Contra Excommunicatos non curantes Absolutionem, & non obstante Excom-

mu-

767
231 Pro CONFESSARIIS. 771
municationes celebrantes, procedit Ordinarius. Congreg. Episcoporum apud Paluce, in Compedit. ad Consultat. Canonici. Jac. Pignateli. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 161.

1632. 3. Jul. — Superior unius Religionis extra Ecclesias sui Ordinis non potest approbare Regulares alterius Religionis pro audiendi Confessoriis suorum Subditorum. Congregat. Concil. apud Nicol. in Luebrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. num. 10. ver. Amplia 1. prout de Parochis dixi in mea Collectione, sub Anno 1641. 19. Jan.

1632. 3. Jul. — Excommunicatio, in quam incurrit violantes Claustrum Monialium ad malum finem, non tamen prætextu licentiarum, est referata Summo Pontifici: Superiores quoque admittentes hujusmodi violatores in Claustrum, sunt Excommunicationi obnoxii. Congregat. Concil. in Sabini, ad I. & II. apud Monacel. in Formular. leg. præst. part. 2. tit. 15. form. 15. num. 14. pag. mibi 260.

1632. 23. Aug. — Facultas absolvendi à Censuris Ecclesiasticis non debet concedi Ordinario inferiori, sed Episcopo viciniori. Congregat. Immunitatis apud Paluce, in Compedit. ad Consultat. Canonici. Jac. Pignateli. part. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 146.

1632. 1. Dec. — Fratres Carmelitæ Calceati de Observantia nuncupati, habitum Regularem uniformem, & per eos antea suscepimus juxta Congregationis eorumdem Carmelitarum Calceatorum de Observantia communia Statuta non deferentes, aut illum aliquo tempore mutare, vel variare præsumentes, ab ille speciali Sedis Apostolica licentia, Excommunicationis majoris lata sententiae poenam ipso facta incurront. *Urbanus VIII. apud Chérubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confis. 127. qua incipit Romanus. §. 2.*

1632. 3. Dec. — Vicarius Capitularis, Sede vacante, potest absolvere à Casibus siff. 2. de reform. cap. 6. prout declaravit Congregat. Concil. apud Barb.

P 4 in

772

773

674

775

776

in tractat. de Canon. & Dignit. cap. ult. num. 62. ¶ Nostandum, quod potest Vicarius Capitularis approbare, & expone Confessarios ad audiendas Confessiones Subditorum, cum hoc sit actus Iuridictionis, non Ordinis Episcopalis, aut Dignitatis, Suarez tom. 4. de penit. disp. 28. s. 5. num. 5. Henr. in Sum. lib. 3. de penit. cap. 6. in prime. Diana par. 8. str. 4. ref. 46. apud Pellegrin. in Prax. Vicarior. par. 1. s. 4. sub. 2. num. 52. pag. mibi 42. & antea ex pluribus citatis DD. dixerat Barboja in Collest. ad Concil. s. 23. de reformat. cap. 15. num. 27.

1632. 4. Dec. — Episcopi vigore cap. 6. s. 24. non possunt absolvere, nec dispensare in causa Heresies, neque in aliis nova lege post Concilium Sedi Apostolicae reservatis: Verum in iis causibus, in quibus Episcopis talis facultas non est adempta, ea unice transfertur in Vicarium Capitularem Sede Episcopali vacante, dummodo talis facultas specialiter per Capitulum eidem Vicario tributa fuerit. Congregat. Concil. apud Matthaeucc. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 4. num. 32.

1633. 29. Ian. — Qui virtute Iubilai, vel alterius Privilegii facultatem habet eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, non potest eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius Diocesis. Congregat. Concil. in Limana, apud Barbo. in Sum. Apostolicar. Decis. verb. Confessarius, numer. 13. ubi se citat in tract. de potest. Episc. par. 2. alleg. 25. num. 33.

1633. 29. Ian. — Regulares quoquo modo excepti, qui ob delictum in Excommunicationem incident, possunt ab Ordinario denunciarci excommunicati, ad hoc ut ab aliis eventur. Congregat. Concil. in d. Limana, apud Pascucc. in Compend. ad Cons. Canonic. Iac. Pignatell. par. 1. tit. de Equitibus, pag. mibi 270. Et refutat. Monacel. in Formular. leg. præt. part. 3. tit. 1. form. 45. num. 21. pag. 164.

1633. 7. Febr. — Excommunicari possunt Regulares per Episcopos locorum Ordinarios in causis,

777

778

779

780

233
bus, in quibus illi subiungunt, si contra faciant. Congregat. Concil. in Neobien. apud Barbo. in Sum. Apostolic. Decis. verb. Excommunicare, num. 3. ex Joan. Maria Novar. in Luce. Regul. sub ead. verb. num. 1.

1633. 22. Febr. — Religiosi ad Japonicas, & alias Indiarum Orientalium Regiones pro tempore missi, qui mercaturam quavis minimum exercerent, Excommunicationis late sententiæ poenam ipso facto incurront, in quam etiam incidunt eorum Superioriores in hoc non vigilantes, & contra delinquentes ad dictam penam non procedentes. Urban. VIII. apud Cherub. in Bullar. Rom. tom. 4. Constat. 228. que incipit Ex debito, §. 8.

1633. 18. Mar. — Episcopus non tenetur examinare Sacerdotem approbadam ad Confessiones audiendas, quando alius novit eum esse sufficiens. Cong. Concil. in Bitum, juxta Concil. Trident apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. n. 10. verb. Et nota, pag. mibi 63.

1633. 13. Aug. — Patentes Missionis non dantur laicis tam Secularibus, quam Regularibus, sed Sacerdotibus tantum, qui sive Theologi, vel saltem Catechistæ. Congregatio Episcoporum, & antea anno 1625. 19. sept. apud eundem in Floscul. verb. Missio, num. 2.

1633. 13. Dec. — Non potest negari Absolutio in foro Conscientie iis, qui servatis fervidis fuerunt declarati excommunicati ob extractionem, ab Ecclesia, quando extracti fuerunt ab eisdem, vel de eorum ortime occisi, &c. ex quo Ecclesia non potest reintegrari. Congr. Immunis. in Oppiden. apud Pascucc. in Compend. ad Confult. Canonic. Iac. Pignatell. par. 1. tit. de Immunitate Ecclesiastica, pag. mibi 371.

1634. 10. Ian. — Major Urbi Penitentiarius, ac ejusdem Penitentiarie Regens, ceterique eius officiales, & Ministri pro tempore existentes abstinat à Dilpenationibus, & Absolutionibus, etiam in foro Conscientie tantum, & in occultis causibus,

781

782

783

784

1634

sibus, cum agitur de Simonia reali scienter contrafacta, & de revalidatione titulorum Beneficiorum, vel condonatione fructuum male perceptorum, & de cau hæresis, atque de administratione Episcopatus, quando post præfinitum tempus electus Confectionis munus non suscepit: Similiter abstineant à Dispensationibus, etiam in foro Conscientia tantum, quoad Matrimonium contrahendum inter eos, qui constante Matrimonio se carnaliter cum Adulterio cognoverunt, & parato inter se futuro Conjugio, in Vix, vel Multieris necem machinati, & effectus conficerunt. *Urbanus VIII. in Confis. qua incipit Regimini, apud Nicol. in Lucebr. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunic. 196. pag. mishi 217.*

1634. 10. Ian. — Dicitus Major Urbis Pœnitentiarius, ceterique, ut supra, item abstineant ab Absolutione Excommunicationis quoad eos, qui in publicis, aut privatis Concionibus, & congregatis docuerunt, Confessionem Sacramentalē fieri posse per Litteras, aut hanc sententiam aliquę casu probabilem defendereunt etiam imprimendo, aut in proxim quovis modo deduxerunt directe, vel indirecte, etiam in futurum ipsi promiserint, seu promittant similia amplius non perpetratrare: Pariter abstineant à Dispensationibus Matrimonialibus in primo gradu cognitionis spiritualis in Matrimonio contrahendis, etiam si cognatio sit secreta, & periculum immuneat scandalorum, ac etiam in foro Conscientia tantum: Etiam in oculitis à convalidatione titulorum Beneficiorum, in cau, quo dicta Beneficia fuerint obtenta in Concurru, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua Censura, vel quia illis irretitus administravit. *Urbanus VIII. apud cund. ibidem.*

1634. 10. Ian. — Prædicti similiter abstineant à confessionibus Absolutionum, five licentiarum de absolvendo in casibus etiam publicis, qui in litteris in die Coena legi solitis continentur, etiam si tunc

Sedes

787

Sedes Apostolica vacabit, aut Summus Pontifex vel propter infirmitatem, vel aliam causam ita fuerit impeditus, ut clerici consuli non possit: Abstineant quoque à concessione Absolutionum: vel licentiarum de absolvendo S. R. E. Cardinales, & alios cuiuscunq; conditionis fuerint, qui vivente Romano Pontifice, de quopiam eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inferint, ambitus, vel pactiones fecerint: possint tamen in foro Conscientia absolvere eos, qui mortuo Pontifice, contra Constitutionem Apostolicarum prohibitions fecerint præmissa: Pariter abstineant à concessione dispensationum cum promotis per salutem, & licentiarum de promovendo extra tempora, vel non servatis Interstitiis. *Urbanus VIII. apud cund. ibidem.*

1634. 10. Ian. — Dicitus Major Urbis Pœnitentiarius, ceterique, ut supra, quoad facultatem concessam vive vocis oraculo à Paulo V. pro absolvendis illis, qui munera à Personis Regularibus acceperint, etiam ante factam per eos restitucionem, contra constitutionem Cleméntis Odavii, abstineant pariter quoad munera, quæ vingtinq; scitorum monete summae exceferint; quæ tamen limitatio non habeat lo cum in munieribus rerum medicinalium, & rerum magna devotionis: Quo verò ad facultatem concessam sibi vive vocis oraculo per eundem Paulum V. de absolvendis ad Urbem accedentibus à Cenfuris, non tamen in Romana Curia notoriis, ad effectum acquirendi Indulgencias, Loca & Ecclesiæ Urbis visitantibus concessas, pariter abstineant quoad Cenfuris in Romana Curia latas: Denique quoad facultatem vive vocis oraculo concessam de dispensandis Sacerdotibus, aliisque in Ordinibus Sacris existentibus, qui homicidia voluntaria commisserint, ad effectum tamen ingrediendi aliquam Religionem, ii, cum quibus in vim prefata facultas de cetero dispensabitur, teneantur, omniè Pro-
fessio-

788

fessionem emittere, alias dispensandi remaneant sufficiens ab exercitio quorumcumque iurorum Ordinum.
Urbanus VIII. apud eundem ibidem.

1634. 16. Maij. — Si Episcopus sine iusta causa renuntiat, aut differat approbare Confessarium Monialium Regularibus subiectarum, datur facultas Ordinario vicino quoad huiusmodi approbatationem. *Congregat. Episcop. in Lucana, & antea in Savamen. Carmelitarum 1632. 13. Aug. apud Nicol. in Florenc. verb. Episcop. n. 61.*

1634. 27. Sept. — Major Pœnitentiarius, & ejusdem Pœnitentiarii Regentes abstineant à compositione, & condonatione fructuum Beneficialium, & Ecclesiæ Episcopatum, ac etiam Distributionum quarumcumque, quovis modo male perceptorum in casibus non occulitis: In casibus vero occultis, cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & ulterioribus componere, vel etiam eas condonare possint, injuncta eidem Pœnitentiibus erogatione elemosyna, ejusdem Majoris Pœnitentiarii, vel Confessoris ab ipso deputandi arbitrio limitanda: Cum reliquis autem, videlicet Italis, Hispanis, Lusitanis, & adjacentium Insularum, Peritos directe compositione concedant, & ea mediante fructus condemnent, sed exactæ pecunias Receptori emolumenterum Datarie faciant integraliter consignari: Pauperibus tamen, quorum inopia compositionem non admittunt, condonares possint, injuncta elemosyna modo iupradicto: quantum ceneantur ordinata sine prejudicio illorum, quibus Distributiones accrevere, sive non decrevere debent. *Urbanus VIII. in Confit. que incipit Inter cetera, Opofita Innocentius XII. apud Palucc. in Compend. ad Confit. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Beneficiis, pag. mibi 38.*

1634. 19. Dec. — Elapso termino Absolutionis à Centuria cum reincidencia, Ordinarius debet affigere Cedulones contra jam abolitos. *Congregat. Immunit. in Baren. & antea in Alexandrina 17. Jan. ejusdem.*

789

eiusd. anni apud eundem ibid. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 146. & refert etiam Monacel. in Formular. leg. præl. par. 3. in Prælud. numer. 84. pag. mibi 23.

1635. 3. Febr. — Non potest Episcopus in approbatione Confessorum fibi reservare Abiotionem eorum, qui non solvunt Locus Pii id, quod ratione administrationis, vel alia de causa debent, quia hi remedii Juris cogendi sunt, ut declaravit Congregat. Concil. in Caspren. apud d. Monacel. par. 2. tit. 13. form. 2. n. 18. pag. mibi 42.

1635. 15. Febr. — Exactores onerum ab Ecclesiasticis non sunt absolvendi, nisi praecedente restituitione omnium exactorum. *Congregat. Immunit. in Alexandrina, apud Palucc. in Compend. ad Confit. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis, pag. mibi 147.*

1635. 12. Jun. — Novitus Congregationis Casprensis ex Novitatu ante quinquennium extractus ob incorrigibilitatem, per totum reliquum quinquennium tempus, silentium observet cum Secularibus, ac Monachis, Patre spirituali excepto. *Urbanus VIII. apud Margarin. in Bulliar. Caspren. tom. 1. Confit. 310. que incipit Eminentissimo.*

1635. 12. Nov. — Canonici Pœnitentiarii in Regnis Hispaniarum non possunt esse Familiares, & Commentariales Episcoporum, nec Officiales, seu Visitatores. *Urbanus VIII. in Confit. 69. que incipit Alias, apud Barbol. de potest. Episcop. in fine 2. tom. pag. mibi 80.*

1635. 23. Nov. — Parochi non sunt compellendi ab Episcopo ad denuncianda delicta, que quotidie committuntur intra Limites sua Parochia. *Congreg. Episcop. in Lucana, apud Nicol. in Florec. verb. Paroch. num. 26. ¶ Non est igitur licitum ex scientia Confessionis Episcopum, vel Dominum, vel Magistrum admonere de peccatis, quæ committuntur in aliquo loco, si sit periculum, ut sinistra suspicio concipiatur alicujus, vel aliquorum in particulari,*

791

794

795

796

238 CONST. ac DECIS.

culari , prout Bonac. apud d. Nicol. in *Lucubr. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de penit. & remiss. num. 60. pag. mibi 167.* ¶ Imo tam rigorose obseruantur est sigillum , ut neque loqui possit Confessarius in rebus ad se spectantibus , nam si ex Confessione cognovit , sicut Famulum esse Furum , non ex hoc ipsum dimittere potest , quia inde Poenitenti sequeretur damnum , & pudor : & si per Confessionem novit sibi in ingressu Sylvæ parati necem , in vino concerando esse venenum , tenet mortem oppetere , Deoque le commendare , si non possit retrocedere , nec Missam omittere , vel mutare vinum , abique periculo , quod Poenitens prodatur , ex quo lequatur ei aliquod incommodeum , ut ex Bonacina , & Diana habet dictus Nicol. ibid. num. 56. & 58.

1635. 3. Dec. — Fratres Ordinis Prædicatorum tractantes aliquod negotium per se , vel per alium , pro se , vel pro alio in Romana Curia , sine licitu , & expresa licentia in scriptis Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis , incurruunt poenam . Excommunicationis latæ sententia , à qua non nisi per Magistrum Ordinis , veleus Vicarium Generalem , præterquam in mortis articulo , possunt abolvi. *Urbanus VIII. in confirmatione Decreti Capituli Generalis Roma habiti anno 1612. ut habetur in Bullar. Rom. tom. 5. Conflit. 217. qua incipit Exponi. S. 1. & 2. & refert etiam Peytin. de Privilegi. Regular. in fine 3. tom. 5. pag. mibi 426.*

1636. 14. Ian. — Excommunicatus regulariter non est privatus Beneficiis obtentis , neque ad ea retinenda est incapax , sed si in Excommunicatione perseveret , ob contumaciam , & ob contemptum Clavium Ecclesiæ , tunc venit privandus , ut rescripsit Celestinus III. in cap. cum bonâ , de stat. & qualit. cap. pastoralis , S. verum , de appellat. & tradunt multi citati à Rota in *Arbore. Canoniciatus coram Merlino. decisi. recent. par. 7. dec. 83. num. 3.*

1636. 14. Jan. — Per Abolutionem , & reintegra-

797

798

799

Pro CONFESSARIIS. 239

tionem tantumdem restituuntur , quantum per delictum , & condemnationem fuerat ablatum , & pena omnis perimitur , & cania ad non causam reducitur , & quidquid antea fuit peractum , penitus retractatur : Absolutus autem à Cenitris , non inde recuperat Beneficia , cùm sint pœna diversæ privatio Beneficii , & Excommunicatio , & sublata pœna spirituali , non censetur sublata temporali , ad nos. per Bald. in *l. places* , num. 15. & 16. C. de Sacro. Eccles. Suarz de Censur. dispu. 13. sect. 1. S. omisis ergo , vers. & hinc colligimus , apud Rotam in d. Arbore. coram ead. ibid. num. 9. ad 12.

1636. 14. Jan. — Beneficii collatio facta. Excommunicato est nulla , & quamvis si sit absolutus , nova indiget collatione , & titulo , vel saltē dispensatione , quippe cùm non intraverit per officium in Ovile , & sic tanquam fur , ut ait Rebuff. in cap. pastorali , n. 62. ad fin. & Anchæ. ibid. num. 3. apud Rotam in d. Arbore. coram ead. ibid. num. 16. & 17. nū num. 20. diutum fuit , quod si in Excommunicationem incurrit post obtentum Beneficium , sublato impedimento Excommunicationis , revivicit titulus Beneficii , per Excommunicationem ligatus , non extinctus , ac mediante Absolutione in integrum restituitur , quasi postliminio reversus , & ipso jure recuperatur , arg. cap. nos. Sanctorum , cap. iuratis 1. qu. 6. Henric. Bohic. in cap. pastoralis , num. 5. vers. sed si Beneficium .

1636. 7. Nov. — Si quis Absolutionem ab Excommunicatione petat , censetur incurrisse in eam , non tamen necessariò interficit hujusmodi incurso ex Absolutione petita , cùm possit peti ad cautelam . Rota in *Casarugustana Distributionum coram Coccino Decano* , decisi. recent. par. 7. decisi. 309. num. 18. & 19.

1637. 2. Mar. — Canoniciatus Poenitentiarii debet provideri per Concilium , prævio examine , in Regni Hispaniarum , juxta Indulsum Gregorii XV. (de quo supra , 1622. 5. Nov.) Ordinarii , & Ca-

800

801

802

240 CONST. ac DECIS.

& Capitulus Ecclesiasticorum Cathedralium existentibus in dictis Regnis concessum. Rota in Terulen. Canoniciatus coram Carillo, decis. rec. par. 4. tom. 3. decis. 743. num. 1.

1637. 27. Mar. — Si à Summo Pontifice committatur potestas absolvendi per Breve cum clausulis, *renunciatio prius*, & *paro iudicato*, & *refectis expensis*, cùm ista clausula importent conditionem, l. à *Testatore s. de condit.* & *demonstr.* Paril. cons. 41. num. 14. lib. 4. Seraph. decis. 655. num. 4. ideo non docto de purificatione, & implemento dictarum conditionum, suspensa remanet data absolvendi facultas, & perinde est, ac si nulla fuerit tributa jurisdicçio, Verali. decis. 550. nu. 5. par. 1. Mantic. decis. 343. num. 1. apud Rotam in Ulixenon. Professionis coram Carillo, decis. recent. par. 4. tom. 3. decis. 742. num. 1. & 2.

1637. 5. Maij. — Absolutio à Censuris datur aliquando cum conditione solvendo damna & *Congregat. Immunit. in Hortana*, & anteia in *Aculana* 1633. 22. Sept. Aliquando vero cum poena solvendi eleemosynam, ead. *Congregat. in Salernitanis* 1628. 29. Oct. & postea in una Nullius Orbitelli 1629. 29. Oct. apud Patucc. in *Compend. ad Confut. Canon. Jac. Pignateli. part. 1. tit. de Censuris Ecclesiasticis*, pag. mihi 146.

1637. 4. Iun. — Ad Ordinarium spectat deputare viros idoneos pro Fidelium Confessionibus excipiendis, & injungendis penitentiam, quibus peccata salubriter currentur, prout cautum est in cap. inter cetera, & unde precipimus, de offic. Ordin. & notarii Summis, ut Sylvester in v. Episcopis, p. 11. & Sacrofancia Synodus Tridentina curam hanc depulandi Sacerdotes, apud quos Christifideles dolenter confitentes, Conscientie discussionem faciant, & salutarem medelam pro quibuscunque culpis exquirant, districte injunxit Episcopis, l. 23. cap. 15. & l. 24. cap. 16. & cap. 8. apud Rotam in *Neapolitanis Penitentiariis coram Merlino*, decr. recent. par. 7. decis. 222. num. 1. & 2.

1637. 4.

Pto CONFESSARIIS. 249

1637. 4. Jun. — Inter Sancta Divinitate Bonitatis preſidia ordinata pro obtinenda Dei indulgentia, maximè necessarium est Sacramentum Pœnitentiarium, per quam spes vita reparatur aeterna, & violatum regenerationis donum refarcitur, ut habetur in cap. multiplex, de penit. dift. 1. plurimumque expedit multosextam. Sacerdotes, à quibus expiatio omnium culparum etiam reservatarum recipiatur, & Pœnitentes salubri satisfactiōne purgantur, juxta tradita per Vitalin. in *Clemen. dudum S. extra Crivates*, num. 9. & seqq. de Sepult. ubi quod numerus Ministrorum debet statui secundūm multitudinem personarum. Rota in d. *Neapolitanis coram eod. ibid. a num. 5. ad 9.*

1637. 4. Jun. — In Pœnitentiariis erectione si consensus Capituli necessarius fuisset, is defectus dicitur ablatus per confirmationem Apostolicam. Rota in d. *Neapolitanis coram eod. ibid. num. 11. ubi num. 16. & 17. dictum fuit*, quod Fidelibus multum interest, non ab uno tantum, sed à pluribus Pœnitentiariis facile, & expedit pro eorum culpis veniam consequi posse: Pœnitentiarius autem electus juxta formam Concilii Tridentini non haber ex sola vi sui officii facultatem absolvendi à Capitibus reservatis, nisi fuerit sibi specialiter commissa, ut consultuit Navar. cons. 50. de Penit. Barbosa de Canon. & Dignit. cap. 26. num. 12.

1637. 4. Jun. — In erectione Canoniciatus Pœnitentiarii non requiritur consensus Capituli, immo erigi potest etiam reluctante Capitulo, quod nullum jus habet circa hujusmodi actus, ut ex Concilio Tridentino l. 24. cap. 8. dixit Rota in d. *Neapolitanis coram eod. apud Patucc. in Compend. ad Confut. Canon. Jac. Pignateli. part. 1. tit. de Capitulo, & Canoniciis*, pag. mihi 118.

1637. 3. Jul. — Excommunicatus, absolutus vi gente Jubilai, pretendere non potest amotionem Cedulaorum, prout censuit *Congregat. Episcoporum apud Nicol. in Floreal. verb. Jubilatum*, num. 5.

Q 1637.

806

807

808

809

242 CONST. ac DECIS.

1637. 11. Jul. — Distributiones Præbendarum va-
cantium, licet Theologalis, vel Pœnitentiarie,
semper dantur præsentibus, & nunquam reservan-
tur iucceſſoribus, Congregat. Episcopor. in Militen.
apud Palucc. in Compend. ad Consulat. Canonic. Jac.
Pignat. par. 1. tit. de Capitulo, & Canonicis, pag.
mibi 114.

1637. 8. Sept. — Pœnitentiarius non est cogendus
ab Episcopo ad interessendum in sua Sede pro
audiendis Confessionibus eo tempore, quo adiunt
Pœnitentes, qui suā operā uti velint. Congregat.
Episcopor. in Fasanen. ad 4. apud Nicol. in Flœſci. verb.
Pœnitentia, num. 1. in fine, nec non in Luctubrat.
tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de paciſ. & remiſſ. num. 1. 5.
pag. mibi 164.

1637. 13. Oct. — Extrahentes ē Bibliothecis Li-
bros, Quinterna, Folia, sive impresa, sive manu-
scipta, vel Paramenta ab Ecclesiis Conventuum
Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Re-
collectionum Provinciæ Granatenſis, commoda-
tes, & permittentes, Excommunicationis poenam
incursumt. Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confit.
235. que incipit Conservatio, §. 1.

1638. 29. Jan. — Abſolutio concedit Excommuni-
cato adimpleris conditionibus contentis in Breve
ab ipso obtento: & ideo abſoluto non denegatur
audientia, ad tradita in cap. qua fronte 25. ubi Glosſ.
& DD. omnes, de appetit. cap. ſoleſ. 2. cap. venerabilis
7. ſ. p. 70. verſ. Jecuſ. de ſent. excomm. in 6. Ricc. de ju-
re perſon. lib. 4. cap. 70. apud Rotam in Uliſbonen. nul-
lumis Professioſis coram Carillo, deciſ. recent. par. 8.
deciſ. 2. num. 12.

1638. 22. Maij. — Excommunicationis late ſen-
tentia poenam, à qua non poſſunt, niſi a Roma-
no Pontifice pro tempore exiſtente, praterquām
in mortis articulo, abſolvi, incurruunt Muſieres
Capellani, olim Cubiculum S. Catherine Senen-
ſis iuper Mineruam de Urbe ingredi præſumentes,
praterquām in die fefto ejūdēm S. Catharinæ, quo
die

870
Pro CONFESSARIIS. 243
die Mares eò devotionis cauſa confluenteſ, ſub ea-
dem Excommunicationis poena ingredi nequeant.
Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confit. 246. qua
incipit Cūm ſicut, §. 2.

1638. 31. Maji. — Abſolutio à Cenfuriſ concedi-
tur ſtante paritione, & obedientia, purgando
contumaciam, cap. qua fronte, extra de appetit. cap.
ſoleſ. de ſent. excomm. Poeteſt autem peti per Procu-
ratorē cum ſpeciali mandato deputatum, ut do-
cet Glosſ. in verb. vel paciſ. in cap. qui ad agendum
4. de procu. in 6. Sayr. de Cenſur. lib. 2. cap. 21. nu. 14.
quod ſufficit, ut Abſolutio concedatur, d. cap. ſoleſ.
de ſent. excomm. in 6. apud Rotam in Uliſbonen. Prioriſſa
coram Rojas, deciſ. recent. par. 8. dec. 49. num. 1. & 2.

812
1638. 25 Jun. — Superioriſ Congregationis So-
maicha (gradum ordine ſervato) poſſunt ſibi in-
viciem facultate imperiſti conſideri extra Ordini-
men: hoc eft, locorum Praſides à Provincialibus,
feu Viſitatoribus hanc impetrare poterunt faculta-
tem: Provincialis verò, ieu Viſitatores, Genera-
liſque Procurator à totius Religioſis Generali
Præpoſito, qui tandem Generaliſ Præpoſitus ab eo
Patrum numero, qui Congregationem Genera-
lem repreſentant, eandem obtinere deſebit facul-
tatem: Quæ omnia ita intelligenda ſunt, ut non
propter obliquentur idem Patres Superioriſ ad
hanc facultatem petendam toties, quoties eā nomi-
natim indiguerint, ſed ſufficit eam ſemel petere, ſi
cū onera ſibi injuncta aggredientur, cāque gene-
ratim uti poterunt quoique minera illi imposta
abſolverint. Congregat. Episcopor. & Regular. apud
Peyrin. de Privilegi. Regular. in fine Operis, Decreto
15. pag. mibi 451.

813
1638. 13. Jul. — Abſolutio à Cenfuriſ ex cauſa
violate Immunitatiſ Eccleſiaſtici, eft reſeruata
Summo Pontifici, ut reſpondit Congregat. Immunit.
in Licien. apud Paſcucc. in Compend. ad Consulat. Ca-
nonic. Jac. Pignat. par. 1. tit. de Cenfuriſ Eccleſiaſtici,
pag. mibi 146. & refert etiam Riccius in Synopsi

Q 2 De-

343 CONST. ac DECIS.

Decretorum verb. Absolutio numer. I.

1638. 20. Jul. — Excommunicationis poenam incurvant, qui Libros, Quinterna, Folia, sive impressa, sive manucripta ex Bibliothecis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum ubique existentibus extrahunt, seu permittunt. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confir. 249. quo incipit Confirmatio*, §. 1.

1639. 12. Febr. — Homicida post Absolutionem à delicto etiam, antequam dispensetur ab Irregularitate, potest etiam de novo obtinere Pensionem. *Congregat. Concil. apud Nicol. in Floreal. verb. Homicidium, num. 1.*

1639. 15. Febr. — Fratres, Superiores, Pralati, etiam Prior Generalis Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feliciana, aliquem ad aliorum extraordinarium Ordinem existentium instantiam ad Dignitates, Honores, Officia, & Administrations praefatae Congregationis promoventes, Excommunicationis late tentientia poenam incurvant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Confir. 258. quo incipit Quoniam*, §. 2.

1639. 16. Jul. — Quocunque Privilegia Personalia quibusvis Ordinis Minorum Fratribus concessa revocantur, exceptis Prædicatoribus Regum, eorumque Confessariis. *Urbanus VIII. in d. Bullar. Rom. tom. 5. Confir. 270. quo incipit Inter ceteras. ¶ Vide infra, 1655. 30. Apr.*

1639. 29. Jul. — Excommunicationis poenam ipso facto incurvant Minister Generalis, Commissarius Generalis, ac Provinciales, & reliqui Pralati Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, aliquem ad Ordinis Dignitates, & Officia promoventes, aliorum extraordinarium Ordinem existentium precibus inclinati. *Urbanus VIII. in d. Bullar. Rom. tom. 5. Confir. 271. quo incipit Admonemur*, §. 1.

1640. 10. Jan. — Canonici Penitentiarum Metropolitanarum, & Cathedralium in Regnis Hispanie, & Lc-

818

819

822

823

Pro CONFESSARIIS. 245
& Legionis existentium, quavis de causa, occasione, vel prætextu, etiam servitii S. Inquisitionis, à suarum Ecclesiarum servituis se quoquo modo extimere, & super hoc quodcumque Indultum etiam à Sancta Sede Apostolica, nisi de earundem Capitulorum ad id expresso accedente conlenti, impetrare minime possunt. *Urbanus VIII. in Confir. 71. quo incipit Super universas, apud Barbola de pteb. Episc. in fine 2. tom. pag. mibi. 81.*

1640. 20. Apr. — Abolutio concessa cum clausula, refectis expensis, impediri non potest illarum prætextu, si de expensis non constat. *Rota in Januen. Pecuniaria, ien pratenorum attentatorum coram Dunozetto Decano, decr. recent. par. 8. dec. 218. nn. 17.*

1640. 26. Maij. — Episcopi, etiam inconsultis Superioribus, possunt visitare Monialium Monasteria Regularibus subiecta, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem Monialium. *Congregat. Concil. apud Mattheuec. in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. num. 13. ex Barbosa ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de Regular. & Marialib. numer. 13.*

1640. 10. Jul. — Commissarius Nunci Apostolici non potest absolvire à Cenuris. *Congregat. Immunitat. Melbritten, apud Paicee. in Compend. ad Confir. Carton. Jac. Pignateli. par. 1. sit. de Cenuris Ecclesiasticis, pag. mibi 146.*

1641. 19. Ian. — Parochus unius Diœcesis non potest Confessiones audire in alia Diœcensi sine licentia Episcopi Diœcensi. *Congregat. Concil. in una Civitatis Plobis, apud Nicol. in Floreal. verb. Parochus, num. 22.*

1641. 1. Mar. — Pacem cum alio facere nemo compellitur, cùm sufficiat in foro Conscientia in tis injuriam remittere, ac rancorem deponere: nec offensus tenetis satisfactiōnem, vel publicam apud Iudicem injuria ex Iustitia zelo prosecutiōnem offendenti condonare, licet est Parochus, & alii ex hoc scandalizarentur, quia si prosequitur

Q 3 vin-

824

825

826

827

828

Vindictam per viam Iustitiae absque odio (quod afferunt credendum est) scandalum videtur potius passivum, quam activum, ut declaravit Congreg. Episcoporum in Terracinen, & alibi scriptissime, prout citat, & refert Nicol. in Lueubr. tom. 1. Civil. lib. 2. zit. 20. num. 26. ubi tamen, licet contrarium in praxi regulariter suaderi debeat, ¶ Dicatum iuri supra, aff erenti credendum esse, nam in foro Conscientia Penitentia tam pro se, quam contra se creditur, cap. significans, il 2. ad homicid. apud d. Nicol. in Flo-
cul. verb. Penitentia, num. 11.

1641. 5. Mar. — Absolutio à Cenitüris est persona-
liter petenda, prout respondit Congregat. Immunit. in Apruina, & ante in Nicerina 1636. 8. Apr. apud Pascucc. in Compend. ad Consultat. Canonie. Iac. Pi-
gnat. part. 1. titul. de Cenitüris Ecclesiasticis, pag.
misi 146.

1641. 30. Iun. — Excommunicationis lata sententia co ipso absque alia declaratione penam incur-
runt omnes utrinque sexus Personae tam Seculares,
quam Ecclesiastice, etiam cujusvis Ordinis privi-
legiate, & exemptae Regulares, qua in quibusvis
Civitatis, & Diocesis Hispanensis Ecclesias, carum-
que Atriis, & ambitu Tabaccum, sive solidum,
sive in fructu concilium, aut in pulverem redactum,
ore, vel naribus, aut fumio per tubulos, & aliis
quomodolibet sumere audent: quam Excommuni-
cationem incurront etiam illi, qui à Sede Aposto-
lica Indultum habent, quod non possint excommu-
nicari, suspensi, vel interdicti. Urbanus VIII. apud
Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 4. Confit. 161. que
incipit Cum Ecclesia, §. 1. & refert etiam Peyrin.
de Privileg. Regular. tom 3. Confit. 31. pag. mibi 443.
& ex eo Barbolà in Sum. Apostolitar. Decisi. verb. Ta-
baccum, num. 1.

1641. 13. Sept. — Dum Curatus Excommunica-
tione ligatur, ponendum est Oeconomus, Congregat.
Episcoporum. apud Nicol. in Flocul. verb. Excommuni-
catio, num. 20. ¶ Notandum, quod Parochus

Cen- 1

Censura Excommunicationis, suspensionis, vel In-
terdicti ab ipso Iure lata innodatus, qui non fit no-
torius percutio Clerici, aut ab Episcopo denunci-
ciatus, potest ad evitanda scandalum ante Absolutio-
nem (præmissa tamen Contritione) Sacra-
menta Fidelibus administrare, si ab his fuerit requisitus,
neque alius adfis, qui æquè utiliter administret,
Congr. Confit. & Extrav. Martini V. apud Engel.
in Manuali Parochor. par. 3. num. 7.

1641. 13. Sept. — Confessiones aufculcentur in Ec-
clesia, & intra Crates, quando tamen necessitas
vel rationabilis causa alter nos suadeat: ac etiam
in Sacrario, vel alio decenti loco poterunt audiri,
super quo non licet Episcopis, neque per se, ne-
que per suos deputatos visitare Confessionalia, sive
loca Regularium, ubi Confessiones audiuntur,
nec etiam ad effectum videndi, an sint juxta ipsorum
Decreta, sed hoc relinquendum est omnino
Visitatoribus suorum Superiorum. Congregat. Epis-
coporum. & Regular. apud Pascucc. in Compend. ad Con-
sultat. Canon. Iac. Pignat. part. 1. tit. de Confessione,
& Confessionibus, pag. mibi 199.

1641. 13. Sept. — Non tenentur Regulares petere
licentiam ab Episcopo, vel Curato accedendi ad
Infirmos pro Sacramento Pœnitentiæ administrando,
sed suffici, si potest fidem habita Confessio-
nis in Domo corundem Infirmorum relinquant:
In Edicto autem Episcopi quodad prohibitionem,
audiendi Confessiones ante ortum, & post occasum
Solis, non est facienda specialis mentio de certo
genera Perlonarum, sed loquendum absolutè, &
simpliciter de omnibus, nempe, quod nemo adminis-
traret tale Sacramentum nec ante, nec post dictum
tempus, nisi tamen necessitas, vel rationabilis
causa altera suaderit. Congregat. Episcoporum. & Regular.
apud cund. ibid.

1641. 27. Sept. — Confessarii Monialium non te-
nentur petere ab Ordinario licentiam alloquendi
Moniales, vel ingrediendi Monasterium ob neces-
sitatem

832

833

834